§. 1. **A**d augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum ordinis Servorum beatiæ Mariæ virginis, quam monialium dicti ordinis ubicumque existentibus die undecima mensis februarii, ac septem diebus continuis immediate sequentibus singuli annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam spatio prædicti octidui per unumquemque Christifidelem semel tantum quolibet anno ad sui libitum eligendo. Incurfaciendam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Fides habenda
transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vi aprilis MDCCXCI. pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCLXXXVII.

Dat. die
13. aprilis
1791
anno XVII.

Damnatio constitutionis editæ pro clero Gallicano.

Venerabili fratri Joanni
episcopo Aleriensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **C**um populi istius regni aliorum insidiis decepti civilem amplexi sint Gallicani cleri constitutionem, a conventu nationali profectam, et tum dogmati, tum veteri novæque Ecclesiæ disciplinæ adversantem, paternam sane Nostram sollicitudo minime patitur, ut tu, ven. frater, tuæque diocesis capitula, parochi, clerus, ac populus universus ignorent ea officiorum vincula, quibus in suo quisque ordine adstrictus tenetur, nisi malint se schismati mancipare, easque pœnas subire, quæ adversus doctrinæ, disciplinæque corruptores per canones infliguntur. Cum itaque istiusmodi singulorum officia fuse; et enucleate jam fuerint per Nos explicata in Nostris literis ad dilectos filios Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, ven. fratres archiepiscopos, ac episcopos, et ad dilectos filios capitula, clerum, populamque regni Galliarum conscriptis, opportunum certe duximus nonnulla harum literarum exempla tibi mittere, ut minime te, tuæque diocesis gregem universum lateat, quid quemque facere oporteat in hac ecclesiasticarum rerum perturbatione ad sacrilegos scelerum conatus, quæ undique perpetrantur, avertendos, et ad horribilem tempestatem, quæ in catholicam religionem insurrexit evitandam. De re profecto agitur, quæ tutum in religionem studium, atque ardorem tuum eo magis excitare atque inflammare debet, quo graviora undique Ecclesiæ periculâ, et damna impendent. Ea spe freti, in quam pastoralis vigilantia tuæ persuasio Nos inducit, tibi, venerabilis frater, gregique tuæ curæ concredito apostolicam benedictionem ex animo, ac peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo septin-

Sub pœna
schismatis pro
hibetur episco
pis, ne nova
constitutio am
plectatur.

gentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo. Eodem exemplo, Episcopis Adiacensi, Sagonensi, Nebiensi, Marianensi

conjuncti, majoremque partem constituentes adversus catholicam religionem excitabant, acerbe quidem deflevimus apud Deum, communicataque cum venerabilibus fratribus Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus animi Nostri anxietate, cum privatas, tum publicas preces indiximus. Hinc datis ix julii MDCCXC., ad carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum regem christianissimum literis, eum etiam atque etiam hortati fuimus, ut a civili constitutione cleri confirmanda abstineret, quæ et nationem in errorem, et in schisma regnum induceret. Nulla enim ratione fieri poterat, ut politicus hominum cætus universalem Ecclesiæ disciplinam immutaret, sanctorum patrum sententias, et conciliorum decreta pessumdaret, hierarchicum ordinem everteret, episcoporum electiones arbitrato suo moderaretur, episcopales sedes destrueret, et meliori ablata deteriores formam in Ecclesiam inveheret.

constitutionem confirmaret.

§. 3. Utque hortationes Nostræ christianissimi regis animo altius insiderent, alias binas dedimus in forma Brevis literas die 10 ejusdem mensis ad venerabiles fratres archiepiscopos Burdegalensem, ac Viennensem, qui eidem aderant regi, eosque patere monuimus, ut sua cum Nostri consilia conjungerent, ne, si prædictæ constitutioni auctoritas quoque regis accederet, schismaticum regnum ipsum evaderet, schismatici episcopi, qui ad præscriptam decretorum formam crearentur, quos Nos ipsi propterea declarare, ut pastores intrusos, omnique carentes ecclesiastica jurisdictione teneremur. Et quo dubitari minime posset, curas et sollicitudines Nostras unice ad res religionis referri, et quo inimicorum hujus apostolicæ Sedis ora occluderentur, præcepimus suspendi exactiones taxationum pro Gallicis expeditionibus, ex pristinis conventionibus, perpetuaque consuetudine Nostri officii debitarum.

Consilia ad hoc adhibita fuerunt quoque archiepiscopi Burdegalensis, et Viennensis.

§. 4. Abstinnisset profecto rex christianissimus a constitutione sancienda; sed urgente atque impellente conventu nationali tandem eo se abripi passus est, ut suam constitutioni auctoritatem adjungeret, quemadmodum ipsius literæ die 28 julii, die 6 septembris, et die 16 decembris ad Nos datæ præseferunt, quibus Nos etiam atque etiam rogabat primo, ut quinquæ, deinde, ut septem, saltem per modum provisionis, probarem articulos, qui pa-

Confirmavit nihilominus rex constitutionem, illiusque partem probari a s. Sede flagitavit.

Dat. die 15. aprilis 1791 anno. XVII.

DCCCXXXVIII.

Damnatio juramenti civilis præstiti ab ecclesiasticis in regno Galliarum, et reprobatio nonnullarum electionum, et consecrationum pseudo-episcoporum.

Dilectis filiis Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum.

Pius PP. VI.

Dilecti filii Nostri Venerabiles fratres, ac dilecti filii Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Charitas, quæ, docente Paulo apostolo, patiens et benigna est, tamdiu omnia suffert, ac sustinet, quamdiu aliqua spes remanet, ut per mansuetudinem iis, qui obrepere jam cœperint, erroribus occurratur. Verum si errores augeantur in dies, eoque jam deveniant, ut res ad schisma delabantur, tunc leges ipsæ charitatis cum apostolici muneris, quo indigni fugimur, officiis conjunctæ postulant flagitantque, ut paterna quidem, sed prompta, et efficax enascenti morbo medicina afferatur, patefacto errantibus culpæ horrore, et canonicarum pœnarum, in quas inciderunt, gravitate. Ita enim fiet, ut qui a via veritatis recesserunt, respiscant, et ejuratis erroribus ad Ecclesiam revertantur, quæ veluti benigna mater apertis ulnis regredientes amplectitur; utque cæteri fideles mature pseudo-pastorum fraudes evadant, qui aliunde quam per ostium ad ovile accedentes nihil quærunt aliud, nisi ut furentur, mactent, et perdant.

§. 2. Hæc Nos ante oculos habentes divina præcepta, vix belli rumorem audivimus, quod philosophi novatores in conventu nationali Galliarum simul

Proeminu.

Exponitur orationem christi-ssimum regem fuisse ne civilem consti-

rum inter se dissimiles totam novæ constitutionis veluti epitomen complectebantur.

Sancta Sedes
votum Gallica-
norum episco-
porum flagita-
vit.

§. 5. Illico sane perspeximus, neutros articulos posse a Nobis probari, aut tolerari, utpote qui regulis canonicis adversarentur. Nolentes tamen, ut hinc inimici occasionem populorum decipiendorum arriperent, perinde ac si Nos ab omni ratione conciliationis ineundæ essemus alieni, volentes eadem semper incedere mansuetudinis semita, regi declaravimus per Nostras literas die 17 augusti ad ipsum datas, articulos hujusmodi Nos sedulo perpensuros, et in consilium vocaturos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, qui simul congregati omnia ad trutinam revocarent. Hi porro cum simul his convenissent die 24 septembris, et diè 16 decembris, ut primos, et alteros articulos expenderent, habito rerum omnium diligentissimo examine, unanimi consensione putarunt, sententias Gallicanorum episcoporum super propositis articulis esse exquirendas, ut canonicam quamdam, si fieri posset, rationem ipsi indigiterent, quam hic apte excogitari posse locorum intervalla vetabant, veluti Nos ipsi per alias Nostras literas regi christianissimo antea significaveramus.

Clerus Galli-
canus consti-
tutionem civi-
litem reproba-
vit.

§. 6. Nostrum interea dolorem, quo vehementer afficiebamur, non levis consolatio lenivit, dum interim major episcoporum Gallicanorum pars sua sponte pastoralis sui muneris officii adacta, et amore veritatis incensa constanter adversabatur ipsi constitutioni, eamque oppugnabat in iis omnibus, quæ ad Ecclesiæ regimen pertinerent. Huic autem consolationi Nostræ novus quoque cumulus accessit, ubi dilectus filius Noster Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Rupefucaldius, venerabilesque fratres archiepiscopus Aquensis, alique archiepiscopi, et episcopi ad numerum usque triginta, ut tot tantisque malis occurrerent, ad Nos confugerunt, et die 10 octobris literis datis expositionem miserunt super principiis constitutionis cleri, suo cujusque nomine subscriptam, consiliumque Nostrum, et opem postularent, ac tantam agendi normam, in qua congnescerent, a Nobis exquisierunt, tanquam a communi magistro, et parente. Illud quoque magis magisque Nostram consolationem adauxit, quod alii episcopi bene multi, primis adjuncti, prædictam expositionem amplexi fuerant,

ita ut cum ab episcopis centum triginta, et uno istius regni quatuor dumtaxat dissiderent, cumque tam ingenti episcoporum numero capitulorum etiam multitudo, et parochorum sive pastorum secundi ordinis pars major accederet, hujusmodi sane expositio, concordiam animorum consensione suscepta, totius Gallicanæ ecclesiæ doctrina haberetur, et esset.

§. 7. Equidem Nos ipsi nulla interjecta mora tunc operi manus admovimus, omnesque dictæ constitutionis articulos examini subjecimus: sed Gallicanæ nationis conventus quamvis concordans illius ecclesiæ voces audiret, nihilominus tantum abfuit, ut ab incæpto desisteret, ut ipsa magis irritaretur episcoporum constantia. Videns itaque, planeque cognoscens, ex metropolitano, et ex episcopis antiquioribus inventum iri neminem, qui confirmare se posse crederet novos episcopos, per laicos, per hæreticos, per infideles, et per judæos in municipalibus districtibus electos, veluti edita decreta imperabant; vidensque insuper absurdam hanc regiminis formam nullo loco posse subsistere, cum sine episcopis omne ecclesiæ simulacrum evanescat, de aliis magis absurdis edendis decretis cogitavit, quemadmodum factum est die 15, et 27 novembris, et diebus 3. 4. et 26 januarii 1791. His porro decretis, quibus subinde regis etiam auctoritatis robur accessit, cautum est, ut metropolitano, sive antiquiore episcopo consecrare novos electos renuente, quilibet alterius districtus episcopus eosdem electos consecraret. Quinimo ut una opera, unoque temporis momento omnes prohi episcopi, omnesque pariter parochi catholica religione incensi dispellerentur, cautum præterea est, ut cura primi, tam secundi ordinis pastores omnes absque adjectione jurarent, se constitutionem, quæ jam edita esset, quæque impostero ederet, servaturos: qui autem id constanter detrectarent, si non secus haberentur, ac si essent e suo gradu dejecti, eorumque sedes, et parochiæ suæ pastore carerent. Legitimis autem pastoribus, et ministris per vim etiam expulsi, licitum esset municipalibus districtibus ad electionem novorum episcoporum, et parochorum procedere; hi vero electi, posthabitis metropolitano, et antiquioribus episcopis, qui juramentum minime præstitissent, districtorium adire deberent, cui curæ

Hinc conven-
tus nationalis
juramentum
de servanda
constitutione
ab episcopis
flagitavit, vel
eos removit,
novosque pres-
do episcopos
nominauit.

esset episcopum quemcumque designare ad illos confirmandos, et instituendos.

Juramenta civica a clero Gallicano habitata fuerunt pro actis schismaticis, et nullis.

§. 8. Istiusmodi decreta, posteriora edita, supra modum novo animo Nostrum dolore perculerunt, Nostrumque anxerunt laborem, ut ad hæc quoque Nostra extenderetur sollicitudo in ea, quam tunc parabamus, ad episcopos responsione, Nostrasque curas denuo excitantur ad publicas preces indicendas, et ad misericordiarum partem exorandum. Hæc ipsa decreta ins causa fuerunt, cur Galliarum episcopi, qui egregiis editis lucubrationibus oppugnandam cleri constitutionem susceperant, novas in vulgus literas pastorales ediderint, omnesque industriae suos nervos contenderint adversus ea, quæ circa depositiones episcoporum, circa sedium episcoporum vacationes, circa novorum pastorum electiones confirmationesque constituebantur. Ex quo factum est, ut, tota ecclesia Gallicana fatente, et consentiente, haberi deberent juramenta civica tamquam perjurya, ac sacrilegia, non ecclesiasticis modo, sed catholico quovis homine prorsus indigna, omnesque consequentes actus tamquam schismatici pro nullis, irritis, gravioribusque censuris obnoxiiis.

Nonnulli tamen juramentum praestant, et sacrilegas manus ad consecrationes admoverunt.

§. 9. Hisce cleri Gallicani declarationibus, digna laude celebrandis, facta responderunt: episcopi enim fere omnes, et parochorum pars maxima sacramentum præstare invicta animi constantia detrectarunt. Probe tunc agnoverunt religionis inimici, pessima sua consilia omnia in irritam recasura, nisi alienigenis episcopi, aut ambitione ducti, aut imbecillis, animum pervicissent; qui proinde, et juramentum de constitutione tenenda præstaret, et sacrilegas etiam manus ad consecrationes admoveret, ita, ut ad schisma inferendum nil amplius deesset. Hos inter aliorum malitia, et fraude devictos primus extitit Carolus episcopus Augustodunensis, constitutionis fautor acerrimus, alter fuit Joannes Joseph episcopus Liddæ, tertius Ludovicus episcopus Aurelianensis, quartus Carolus episcopus Vivariensis, quintus cardinalis de Lomenie archiepiscopus Senonensis, ac per pauci secundi ordinis pastores infelicissimi.

Reprobatur agendi ratio cardinalis de Lomenie.

§. 10. Ad cardinalem de Lomenie quod attinet, is datis ad Nos die 25 superioris novembris literis juramentum abs se præstitum excusare contendens, illud non esse habendum pro

animi assensu affirmabat, seque valde in ancipiti esse præseferbat, dum electis manus imponere detrectaret (ut eousque abstinnerat), nec ne. Cum vero quammaxime interesset, ut episcoporum nemo ad electorum consecrationem accederet, utpote quæ latiore ad schisma communiret viam, e re visum est Nostram ad episcopos responsionem, quæ pene absoluta erat, tantisper intermittere, nullaque interposita mora die 25 februarii cardinali rescribere, demonstrando eidem tum sententiæ suæ errorem in præstito jurjurando, tum pœnas, quæ per canones infliguntur, et ad quas non sine animi Nostri ægritudine manus admovere cogemur, cum cardinalia etiam dignitate exuentes, nisi publicam offensionem tempestiva, ac digna satisfactione retractaret. Quod vero ad illius dubium pertinebat de pseudo electis consecrandis nec ne, conceptis verbis ipsi præcepimus, ne eo usque progrediretur, ut novos episcopos ob quamvis etiam causam necessitatis institueret, novosque Ecclesiæ refractarios adjungeret; de jure enim agitur, quod unice spectat ad apostolicam Sedem juxta Tridentini concilii sanctiones, quodque arrogari sibi a nemine potest episcoporum, aut metropolitanorum, quin Nos illo, quo fungimur, apostolici officii manere declarare cogamur, schismaticos simul esse tam eos, qui confirmant, quam eos, qui confirmantur, nulliusque roboris futuros illos actus omnes ab utrisque prodituros.

§. 11. His peractis, quæ supremi pastoralis officii Nostri ratio postulabat, resumendam per Nos fuit responsionis opus, quod jam laboriosius, ac diuturnius evaserat propter multiplices, quæ se mutuo subiade exceperant, nevitates: illudque, Deo adjuvante, absolvere ita valuimus, ut, omnibus articulis ad examen revocatis, neminem prorsus lateret, novam cleri constitutionem ex Nostro, et apostolicæ hujus Sedis judicio, quod Gallicani episcopi a Nobis exquisierant, quodque Galliarum catholici peroptabant, ex principiis coalescere ab hæresi profectis, adeoque in pluribus decretis hæreticam esse, et catholico dogmati adversantem, in aliis vero sacrilegam, schismaticam, jura primatus, et Ecclesiæ everteantem, disciplinæ cum veteri tum novæ contrariam, non alio denique consilio excogitatam atque vulgatam, nisi ad catholicam religionem prorsus

Judicium sacre Sedis super constitutione civili cleri Gallicani.

abolendam. Ad hanc enim unam profutendam libertas omnis admittitur, legitimi pastores submoventur, bona occupantur; dum reliquarum sectarum homines in sua libertate, bonorumque possessione conquiescant. Quamvis hæc omnia loculenter demonstravimus, a mansuetudinæ tamen via minime recedentes declaravimus, Nos hactenus continuisse, ne abscissos ab Ecclesia catholica auctores male ominatæ constitutionis civilis cleri declararemus, sed una simul illud repetere debemus, quod nisi quisque errores, a Nobis jam patefactos, detestetur, (quemadmodum hæc sancta Sedes in hujusmodi casibus peragere semper consuevit) cogermur invitari eos omnes schismaticos declarare, qui vel essent hujusce constitutionis auctores, vel eidem juramento adhererent, qui in novos pastores præficerentur, qui electos consecrarent, et qui ab illis consecrarentur: illi enim, quicumque essent, legitima missione, et Ecclesiæ communionem carerent.

Monitum ad regem super remedio querendo contra probatam constitutionem.

§. 12. Quemadmodum autem, salvo dogmate, et salva universali Ecclesiæ disciplina, ita animo comparati sumus, ut inclytæ Galliarum nationi, quoadusque licet, obsecundemus, sic cardinalium, hac de causa advocatorum, consilium secuti, et ea repetentes, quæ christianissimo regi per Nostras literas jam significaveramus, hortati sumus episcopos, ut illi, quorum oculis res ipsæ observantur, Nobis desuper agendi rationem quamdam exhiberent, si inveniri fortasse poterit, a catholico dogmate, disciplinaque universali minime dissentaneam, in Nostram deliberationem, atque examen adducendam. Hos ipsos animi Nostri sensus significavimus carissimo in Christo Elío Nostro regi christianissimo, ad quem misimus etiam Nostræ ad episcopos responsionis exemplum, eumque hortati in Domino sumus, ut in consilium adhibitis sapientioribus episcopis, magis aptam medicinam afferret morbo, qui e regia etiam auctoritate profluxit, et eum, denique certiorum effecimus, Nos in illos, qui errori pernicaces hærebunt, ex debito pastoralis officio ea præstituros, quæ in eadem necessitate positi decessores Nostri præstiterunt.

§. 13. Utræque literæ Nostræ ad regem, et ad episcopos datæ die 10 martii extraordinario cursu traditæ sunt, qui insequenti mox die discessit. Iterum die 15 ejusdem mensis, adveniente huc ex Gallia cursore ordi-

nario, allatum ad Nos undique est, die 24 februarii Lutetiæ Parisiorum fuisse schismati culmen impositum. Illa enim die Augustodunensis episcopus, jam perjurii crimine infectus, et reus defectionis ob dimissam auctoritate propria, et coram laicis ecclesiam, capituloque suo; omni commendationum laude digno, longe absimilis conjunctus est Babylonis, et Liddæ episcopis; quorum primus a Nobis pallii decoratus honore, et vitæ quoque auctus subsidiis; dignum se successorem exhibuit alterius Babylonis episcopi, scilicet Dominici Varlet, hominis propter schisma Ultrajectensis ecclesiæ satis noti; alter vero perjurii item reus, in odium jam, et detestationem bonorum incidit, eo quod a recta episcopi, capitulique Basileensis ecclesiæ, cujus ille est suffraganeus, doctrina dissideret. Illa igitur die episcopus Augustodunensis, cooperantibus duobus hisce episcopis, ausus est in ecclesia presbyterorum Oratorii, irrequisito ordinario, sacrilegas manus imponere Aloisio Alexandro Expilly, et Claudio Eustachio Francisco Marolles sine ullo apostolicæ Sedis mandato, omisso juramento obedientie pontifici debitæ, posthabito examine, et fidei confessione præscripta in pontificali Romano, in omnibus universi orbis ecclesiis servando, cunctisque præterea legibus neglectis, violatis, pessumdatis; licet ignorare non posset, horum primum minus rite electum fuisse episcopum Corisopitensem contra Corisopitensis capituli iteratas, et graves obstestationes, et alterum multo minus rite fuisse episcopum ecclesiæ Sussionensi datum, quæ legitimum pastorem suum vivum atque incolumem habet ven. fratrem Henricum Josephum Claudium de Boardeilles; qui proinde officii sui partes esse putavit, acriter in actum tantæ profanationis invehere, promptaque allata ope suæ diocesi consulere, quemadmodum ejusdem literæ insequenti mox die 25 in vulgus editæ ipsum fecisse testantur.

§. 14. Allatum etiam eodem tempore ad Nos est, nominatum Liddæ episcopum primum crimen novo crimine cumulasse. Die enim 27 ejusdem mensis februarii, sibi novis pseudo-episcopis Expilly, et Marolles in socios adjunctis, ausus fuerat in eadem ecclesia sacrilege consecrare in episcopum Aquensem parochum Saurine, quamvis hæc etiam ecclesia optimo suo pastore ven. fratre Carolo Augusto Lequien laeta

Novum crimen patratum ab episcopo Liddæ.

Truculenta agendi ratio episcoporum Augustodunensis, Babylonis, et Liddæ reprobatum.

gaudeat, et perfruatur. Ex quo evenit fortasse, ut idem Liddæ episcopus Joannes Joseph Gobel ad ecclesiam Parisiensem, vivo adhuc archiepiscopo, electus fuerit exemplo Ischyre, qui ad compensationem sceleris obsequiique præstiti in accusando, et e sua sede exturbando, s. Athanasio, fuit in conciliabulo Tyri episcopus ejusdem civitatis renunciatus.

§. 15. Molesti hi quidem tristesque nuncii incredibili animo Nostrum dolore, ac mœrore oppresserunt. Sed spe in Deum erecti eogi iterum jussimus die 17 mensis martii eandem cardinalium congregationem, quæ Nobis, sicut alias, in re tam gravis momenti suam sententiam expromeret. Dumque in eo versabamur, ut deliberationem exequeremur cum consilio cardinalium susceptam, ecce alius istius regni tabellarius die 21 dicti mensis ad Nos defert, Liddæ episcopum, nequiores etiam effectum, ab pseudo-episcopis Expilly, et Saurine sociatum die 6 ejusdem mensis in eadem ecclesia, eademque sacrilega manu consecrasse parochum Massieu, unum ex deputatis Gallicani conventus in episcopum Bellovacensem, parochum Lindet alterum item ex deputatis in episcopum Ebroicensem, parochum Laurent alterum pariter ex deputatis in episcopum Molinensem, et parochum Heraudin in episcopum Castri Rufi; idque præstare ausum fuisse, tametsi duæ priores ex his ecclesiis suos habeant pastores legitimos, et reliquæ duæ nondum fuerint apostolica auctoritate in sedes episcopales erectæ. Quale autem iudicium fieri de iis debeat, qui eligi se consecrarique permittunt ad illas ecclesias, quæ a suis adhuc reguntur, atque administrantur episcopis; multis ante Nos annis a s. Leone egregie declaratum est: scribens enim Juliano episcopo Coensi adversus Theodosium quemdam, qui in sedem Juvenalis episcopi viventis invaserat, *Qualis autem sit, (inquit cap. IV.) qui in locum episcopi viventis obrepit, ex ipsa qualitate facti non potest dubitari; nec ambigendum est, eum esse perversum, quem impugnatores fidei dilexerunt.*

§. 16. Et re quidem vera quam merito abhorruerit semper Ecclesia ab illis, qui a laicorum turba, et collusionem eliguntur, quique eodem, atque eligentes, falsarum opinionum morbo laborant; satis superque demonstrat delata per eundem tabellarium ad Nos pastoralis epistola, quam pseudo-epi-

scopus Expilly ad imperitiorum deceptionem die 25 februarii edendam curavit, non alio sane consilio, nisi ut inconsutilem Christi vestem abscederet. Hic enim primo juramentis, perjuris scilicet, quibus se adstrinxit, commemoratis, omnia complectitur fundamenta Gallicæ constitutionis, quam fere de verbo ad verbum excipit, et sententiis ipsius conventus inhærens ad probandum aggreditur, per constitutionem hujusmodi nihil de dogmate detrahi: sed disciplinæ tantum meliorem formam induci, eamque ad priorum sæculorum puritatem converti in ea præsertim parte, in qua populo electiones, amoto clero, et metropolitani institutiones, consecrationesque redduntur, solis hoc loco prioribus Gallici conventus decretis in medium adductis. Utque melius fortasse fucum imperitioribus faciat, literas memoratas die 18 novembris 1790 ad Nos datas, perinde ac si cum apostolica hac Sede communionem teneatur; deindeque ad singulos diocesis ordines sermonem convertens hortatur, monetque omnes, ut se tamquam legitimum pastorem excipiant, et constitutionem ulro amplectantur.

§. 17. Væ misero! Missis per Nos consulto iis, quæ ad civile regimen pertinent, quæ ille temeritate defendendam suscipit constitutionem, super ecclesiasticis rebus versantem, quam omnes fere Gallicanæ Ecclesiæ episcopi, alique plures ecclesiastici viri improbarunt, ac refutarunt, uti dogmati adversantem, et a communi disciplina abhorrentem, præsertim in electionibus, et consecrationibus episcoporum? Hanc sane veritatem, quæ incurrit in oculos, ne ipse quidem dissimulare potuisset aut obtegere, nisi data opera præterisset silentio, quæ postremo in conventu Gallicano absurdiora decreta prodierunt; ista enim præter alias improbitates eo progressa etiam sunt, ut jus instituendi, confirmandique tribuerent cuicumque episcopo pro directorii arbitrio, ac voluntate.

§. 18. Perlegat infelix iste, qui adeo longe in via perditionis processit, Nostram ad episcopos Galliarum responsionem, qua omnium suæ epistolæ errorum monstra prævia confutatione prostravimus, et, quam odit veritatem, in singulis articulis manifeste elucentem deprehendet. Sciat interest, se sibi sententiam dixisse. Si enim verum est, juxta veterem disciplinam, ex canone Nicæno, quem is in medium

Idem ut supra pro aliis criminibus ab eodem episcopo patris.

Idem ut supra

Ipsæ episcopus nequior in diei sacrilegas renovavit consecrationes.

Damnatio harum sacrilegarum consecrationum.

adducit, profluentem, opus omnino esse, ut electus ad legitimum titulum nanciscendum per metropolitanum suum confirmaretur; quod quidem metropolitanorum jus a Sedis apostolicæ jure manabat, qui fieri poterit, ut canonice, et legitime immissum se putet Expilly, dum consecrationem suam non archiepiscopo Turonensi, cujus suffraganea est Corisopitensis ecclesia, sed aliis episcopis referre debet acceptam? Hi enim cum ad alienas provincias pertineant, si sacrilego ausu ordinem potuerunt eidem conferre, nequiverunt profecto jurisdictionem, qua ipsi quoque juxta omnium ætatum disciplinam destituuntur omnino. Hæc porro jurisdictionis conferendæ potestas ex nova disciplina a pluribus sæculis jam recepta, a conciliis generalibus, et ab ipsis concordatis confirmata, ne ad metropolitanos quidem potest nullo modo attingere, utpote quæ illuc reversa, unde discesserat, unice residet pænes apostolicam Sedem; itaut hodie Romanus pontifex ex muneris sui officio pastores singulis ecclesiis præficiat, ut verbis utamur concilii Tridentini sess. 24. cap. I. de reformat; adeoque legitima consecratio nulla fiat in Ecclesia catholica universa, nisi ex apostolicæ Sedis mandato.

Invasor detestabilis declaratur.

§. 19. Tantum vero abest, ut literæ ad Nos datæ eum adjuvent, ut magis reum efficiant, et nequeant schismaticam notam effugere. Illæ enim nonnisi simulatam quamdam imaginem præferentes communionis Nobiscum inveniendæ, ne verbum quidem faciunt de confirmatione per Nos obtinenda, et illegitimam tantum Nobis electionem significant, ut Gallicanorum decretorum verba jubebant. Hinc Nos decessorum Nostrorum exempla secuti minime illis duximus rescribendum, sed serio illis commonefieri mandavimus, ne ulterius progredi niteretur, quemadmodum sperabamus futurum. Etenim fuit etiam hac de re ab Rhedonensi episcopo sponte monitus, dum is, quam sibi enixe flagitabat, institutionem, confirmationemque negavit. Quapropter loco illum suscipiendi tantquam pastorem, debet populus cum horrore tanquam invasorem rejicere: invasorem inquit, qui quam veritatem agnoscere debebat, profiteri neglexit, qui mentito abuti cepit pastoris officio, qui denique eo arrogantia decevit, ut in fine pastoralis epistolæ quadagesimale ecclesiasticæ præcepti vinculum laxare non dubitayerit, itaut

imitator diaboli fuerit, et in veritate non steterit, male utens specie pervasi honoris, et nominis; quemadmodum de simili invasore a s. Leone magno dictum est scribente ad quosdam Ægypti episcopos.

§. 20. Videntes itaque Nos ex multiplici tot criminum serie, per Galliarum regnum tam bene de religione meritum, et adeo Nobis carum, magis magisque schisma inveniri atque amplificari videntesque hanc ipsam ob causam novos in dies tam primi, quam secundi ordinis pastores undique eligi, et ministros legitimos de suo loco dejici, atque exturbari, eorumque vice rapaces lupos subrogari, non possumus equidem tam lacrimabili rerum aspectu non commoveri. Ut igitur gliscenti schismati primo quoque tempore obicem opponamus, ut ad officia revocentur errantes, ut boni perstent in proposito, utque religio in florentissimo isto regno servetur, Nos consiliis inhærentes venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, et votis obsecundantes totius episcopalis cœtus ecclesiæ Gallicanæ, Nostrorumque prædecessorum exempla imitantes, apostolica, qua utimur, potestate tenore præsentium in primis edicimus, ut quotquot sunt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales archiepiscopi, episcopi, abbates, vicarii, canonici, parochi, presbyteri, cunctique ecclesiasticæ militiæ adscripti, sive sæculares, sive regulares, qui civicum juramentum pure, et simpliciter, prout a conventu nationali præscriptum fuit, emisserunt, errorum omnium venenatum fontem, et originem, catholicæque Gallicanæ ecclesiæ mæroris præcipuam causam, nisi intra quadraginta dies, ab hac die numerandos, hujusmodi juramentum retractaverint, a cujuscunque ordinis exercitio sint suspensi, et irregularitati obnoxii, si ordines exercuerint.

§. 21. Iosuper peculiariter declaramus, electiones prædictorum Expilly, Marolles, Saurine, Massieu, Lindet, Laurent, Herandin, et Gobel in episcopos Corisopitensem, Suessionensem, Aquensem, Bellocacensem, Ebriocensem, Molinensem, Castri Rufi, et Parisiensem illegitimas, sacrilegas, et prorsus nullas fuisse, et esse, prout eas rescindimus, delemus, abrogamus una cum assertorum episcopatum Molinensis, Castri Rufi, et aliorum nova erectione.

Suspensio contra illos qui juramentum non retractaverint inter quadraginta dies.

Danaaticæ electionum sacrilege peractarum.

Consecratio-
nes illicitæ, et
sacrilegæ de-
clarantur.

§. 22. Declaramus item ac decernimus; nefarias eorundem consecrationes fuisse, et esse omnino illicitas, illegitimas, sacrilegas, ac factas contra sacrorum canonum sanctiones; ac proinde eosdem temere, nulloque jure electos omni ecclesiastica, et spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicite consecratos ab omni exercitio episcopalis ordinis esse suspensos.

Suspensi de-
clarantur epi-
scopi conse-
crantes, et ad-
sistentes.

§. 23. Pariter declaramus, etiam suspensos esse ab omni exercitio episcopalis ordinis Carolum episcopum Augustodunensem, Joannem Baptistam episcopum Babylonis, et Joannem Josephum episcopum Liddæ sacrilegos consecratos, seu adsistentes; et suspensos pariter esse ab exercitio sacerdotalis, seu cujuscumque alterius ordinis eos omnes, qui in execrandis hujusmodi consecrationibus opem, operam, consensum, et consilium præstiterunt.

Electis sacrile-
ge prohibetur
ne ullam juris-
dictionem exer-
cere præsumant.

§. 24. Mandamus propterea, districteque interdiciamus memorato Expilly, aliisque perperam electis, et illicite consecratis sub eadem suspensionis pœna, ne audeant episcopalem jurisdictionem, aliamve ullam pro animarum regimine auctoritatem, quam nunquam sunt consequuti, sibi arrogare, vel pro suscipiendis ordinibus dimissorias literas dare, pastores, vicarios, missionarios, deservitores, functionarios, ministros, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam, et sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu constituere, deputare, ac confirmare, nec non alia agere, decernere, et constituere, sive seorsim, sive conjunctim in modum conciliabuli in rebus ad ecclesiasticam jurisdictionem pertinentibus; declarantes, ac palam edicentes, tam literas dimissoriales, et deputationes, seu confirmationes, si quæ datæ factæque sint, aut in posteram dari fierique contingat, quam alia acta omnia, quæ temerario ausu fierent, cum omnibus inde secutis, irrita prorsus esse ac nullius roboris, et momenti.

Item prohibe-
ter ne sacra-
menta, aut or-
dines confe-
rant.

§. 25. Aque mandamus, et sub simili suspensionis pœna inhibemus tam consecratis, quam consecratoribus prædictis, ne audeant illicite sacramentum confirmationis, aut ordinis conferre, aut quocumque modo ordinem episcopalem, a quo suspensi sunt, exercere; ac proinde qui ab ipsis fuerint

ecclesiasticis ordinibus initiati, noverrint suspensionis vinculo se obstrictos, et si susceptos ordines exercuerint, irregularitati etiam fore obnoxios.

§. 26. Ad præcavenda autem majora mala tenore, et auctoritate paribus decernimus, et declaramus, alias omnes electiones ad Galliarum ecclesias cathedrales, et parochiales cum vacuas, tum multo magis plebas, cum veteris, tum fortius novæ, et illegitimæ erectionis ad formam memoratæ constitutionis cleri a municipalium districtorum electoribus usquemodo peractas, quas volumus pro expressis haberi, et quotquot peragentur, irritas, illegitimas, sacrilegas, et prorsus nullas fuisse, esse, et fore, easque per præsentem, et nunc pro tunc rescindimus, delemus, abrogamus; declarantes idcirco, eosdem perperam, nulloque jure electos, aliosque simili modo eligendos ad ecclesias tam cathedrales, quam parochiales omni ecclesiastica, et spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque episcopos illicite hactenus consecratos, quos pariter pro nominatis haberi volumus, et imposterum consecrandos ab omni exercitio episcopalis ordinis, et parochos nulliter institutos, et instituendos a sacerdotali ministerio esse, et fore suspensos; adeoque districte interdiciamus, tam electis, et forsitan eligendis in episcopos, ne a quocumque sive metropolitano, sive episcopo ordinem, seu consecrationem episcopalem suscipere audeant, quam ipsis pseudo-episcopis, eorumque sacrilegis consecratoribus, et aliis omnibus archiepiscopis, et episcopis, ne eosdem frustra electos, et eligendos consecrare quovis sub prætextu, et colore præsumant; præcipientes insuper dictis electis, et eligendis, sive in parochos, ne ullo modo se pro archiepiscopis, sive episcopis, sive parochis, seu vicariis gerant, aut cujusvis cathedralis, sive parochialis ecclesiæ titulo se nominent, et ne jurisdictionem ullam, proque animarum regimine auctoritatem, facultatemque sibi arrogant sub pœna suspensionis, et nullitatis, a qua quidem suspensionis pœna nemo ex hactenus nominatis poterit unquam liberari, nisi per Nos ipsos, aut per eos, quos apostolica Sedes delegarit.

Aliæ electiones
etiam futuræ
improbantur
si factæ fuerint
ad tramites no-
væ constitutio-
nis.

§. 27. Qua majori uti Nobis licuit benignitate, declaravimus huc usque canonicas pœnas inflictas, ut mala hactenus perpetrata emendantur, utque

Hortationes, ut
invasores, au-
ctores, fauto-
resque editæ
constitutionis
ad ovile regre-
diantur.

imposterum, ne latius dimanent, impediatur. Nos in Domino confidimus futurum, ut consecrantes, ut tam cathedralium, quam parochialium ecclesiarum invasores, ut auctores, fautoresque omnes editæ constitutionis sum agnoscant errorem, ac poenitentia ducti ad ovile regrediantur, nade non sine machinatione, et insidiis avulsi sunt. Eos itaque Nos paternis verbis compellantes hortamur etiam atque etiam, et obsecramus in Domino, ut a ministerio se abdicent, ut a perditionis via, in quam se dederunt præcipites, pedem referant, et ut nunquam committant, per homines philosophia sæculi hujus imbutos ea in vulgus diffundi doctrinarum monstra, quæ Christi institutioni, traditionique patrum, et Ecclesiæ regulis adversantur. Quandoquidem si fiet unquam, ut Noster hic mihi agendi modus, et Nostræ paternæ monitiones, quod Deus avertat, in irritum sint recasuræ, sciant Nostræ mentis non esse, illos a gravioribus iis poenis liberare, quibus per canones subjiciuntur; sibi quæ certo persuadeant, se per Nos anathemati subjectum iri, Nosque illos anathemate percussos Ecclesiæ universæ denunciatores, tanquam schismaticos, a communione ecclesiæ, Nostraque segregatos. Maxime enim conveniens est ut

» quisque in insipientiæ suæ lato jacere
 » delegerit, statuta permaneant, et cum
 » eis habeat sortem, quorum est secutus
 » errorem; ita nos edocente M. Leone
 » prædecessore Nostro in epistola ad Julianum episcopum Coensem.

Monita ad episcopos fideles, et probos.

§. 28. Vos nunc alloquimur, ven. fratres, qui, paucis exceptis, vestrorum erga gregem officiorum munera probe agnovistis, eaque, humanis rationibus sepositis, palam professi estis, ibique curas, ac labores majores impendi oportere existimastis, ubi majora pericula ingruerant; vobisque aptamus elogium, quo laudatus Leo magnus cumulatim episcopos ex Aegypto catholicos apud Constantiaopolim constitutos: » Licet laboribus dilectionis vestræ, quos pro observantia catholice » fidei suscepistis, toto corde compatiar, et ea, quæ vobis ab hæreticis illata sunt, non aliter accipiam, quam » si ipse pertulerim, intelligo tamen magis esse gaudii, quam mœroris, quod, » confortante vos Domino Jesu Christo, » in evangelica apostolicaque doctrina » insuperabiles perstitistis. Et cum vos » inimici fidei christianæ ab ecclesiarum

» sede divellerent, maluistis peregrinationis injuriam pati, quam ulla impietatis ipsorum contagione violari. » Equidem vos intuentes, non possumus consolatione non affici, vosque, ut in proposito perstetis, non vehementer hortari. Ad memoriam itaque vestram revocamus spiritualis illius conjugii nexum, quo ecclesiis vestris adstricti estis, quodque non nisi morte, aut apostolica Nostra potest auctoritate juxta canonicam formam dissolvi; iis ergo adhærescite, neque illas nunquam derelinquite luporum rapaciam arbitrio, adversus quorum insidias vos jam sancto ardore æstantes, et vocem extulistis, et legitimæ auctoritatis munia obire non dubitastis.

§. 29. Ad vos deinde sermonem convertimus, dilecti filii, spectabilium capitulorum canonici, qui vestris archiepiscopis, et episcopis ita, ut decet, subjecti, quique tamquam pluramembra cum capite colligata unum ecclesiasticorum corpus efficitis, quod a civili nequit potestate solvi, aut everti. Vos itidem, qui tanta cum laude estis egregia vestrorum præsulum exempla secuti, a recta, in qua inceditis, via nunquam deflectite; nec unquam item committite, ut quisquam mentitis exuviis episcoporum, aut vicariorum indutus regimen vestrarum ecclesiarum arripiat. Illæ enim, si suo pastore viduata remaneant, ad vos unice pertinebunt, quidquid contra vos frustra novæ quædam molitiones effecerint. Una ergo animorum, et consiliorum conjunctione omnem a vobis invasionem, et schisma, quam longissime potestis, arcete.

Similia ad capitula canonicorum.

§. 30. Vos etiam affamur, dilecti filii, parochi, et pastores secundi ordinis, qui et plurimi numero, et virtute costantes vestro munere estis perfecti, illorum ex vestris collegis omnino dissimiles, qui aut infirmitate devicti, aut ambitionis æstu correpti se manciparunt errori, quique per Nos moniti, mature, ut speramus, ad officia convolabunt: fortes incepto operi insistite, ac mementote, quam a vestris legitimis episcopis institutionem accepistis, eam non nisi ab iisdem adimi vobis posse, ita ut licet per civilem potestatem e gradu vestro dejecti, et expulsi, semper futuri sitis pastores legitimi, vestro munere adstricti, quantum in vobis erit, ad fures arcendos, qui in vestrum locum subingredi enitentur non alio consilio, nisi ut ani-

Paria ad parochos, et pastores inferiores.

mas perdant vestrae curae concreditas, et de quarum salute eritis rationem reddituri.

Item ad sacerdotes, et cleri ministros.

§. 31. Vos item alloquimur, dilecti filii, sacerdotes, alique Gallicani cleri ministri, qui in sortem Domini vocati debetis vestris legitimis pastoribus adherere, et esse in fide, ac doctrina constantes, quibus nihil esse debet antiquius, quam ut sacrilegos invasores vitetis, ac reprobetis.

Nec non ad omnes catholicos regni Galliarum.

§. 32. Vos tandem in Domino obtestamur, dilecti filii catholici, qui in regno Galliarum estis universi, vobisque religionem, ac fidem patrum vestrorum commemorantes intimo cordis affectu suademus, ne ab illa secedatis, quippe quae una est, ac vera religio, quae et vitam aeternam largitur, et civiles etiam societates sospitat, atque fortunat. Cavete diligenter, ne aures praebatis insidiosis vocibus philosophiae saeculi hujus, quae mortem parant, et invasores omnes, sive archiepiscopi, sive episcopi, sive parochi appellantur, ita devitate, ut nihil cum illis sit vobis commune, praesertim in divinis, auscultantes assidue legitimorum voces pastorum, qui vivunt adhuc, quique vobis canonice praeficiuntur imposteorum; uno denique verbo Nobis adherete: nemo enim in Ecclesia Christi potest esse, nisi capiti ipsius visibili unjatur, et in cathedra Petri solidetur. Utque omnes vehementius ad sua munera obeunda excitentur, Nos a patre caelesti spiritum consilii, veritatis, et constantiae in vos implorantes, in paternae dilectionis pignus vobis, dilecti filii Nostri, venerabiles fratres, ac dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis MDCCXCI, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXXXIX.

Dat. die
23. aprilis
1791
Anno XVII.

Reprobatur defectio populorum Avenionensis, et comitatus Venaisini a ditione ecclesiastica, et opportunae emittuntur protestationes.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Avenionensi, et episcopis Carpentoractensi, Cabilonensi, et Vasionensi, ac dilectis filiis capitalis, clero, et populo civitatis Avenionensis, et Venaisini comitatus Nostrae ditionis.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Adeo nota, ac pervulgata sunt apud nationes ea, quae patrata fuerunt, facinora in Nostra cum Avenionensi, tum comitatus Venaisini ditione adversus sanctuarii leges, et contra jura principatus, ut longa atque enucleata commemoratione non egeant. Graviter sane per utrumque populum in Nos peccatum est; sed populi Avenionensis defectio longa est comitatus populi defectione deterior. Avenionenses enim nihili aestimantes, se paucorum hominum improbitatem secutos, qui propter Nostram clementiam suorum criminum poenas effugerant, quasi defectionis vexillum sua manu extulisse, eo audaciae progressi sunt, ut Comitatusenses, per vim etiam armatam, secum nefariam societatem iure, suasque sequi partes omnino coegerint, et in eos sive Comitatusenses, sive Avenionenses, qui sibi obstiterint, omni minarum, caedum, ac suppliciorum genere animadverterint.

Improbantur facinora patrata.

§. 2. Cujus quidem facinoris, ut caetera taceamus, locupletissimo esse possunt argumento spectabiles cives, ecclesias icique viri ad mortem rapti, Cabilonensis urbs per vim occupata atque direpta, hostiles in Carpentoractensem civitatem impetus facti, atque alia effrenate violentiae genera, quae scelestos auctores aeterna ignominiae, infamiaeque labe inquinabunt. Hi enim crudelitatem imitantes Jasonis, inimici legum patriarum, et Dei, veluti sacrae de eo paginae testantur (1), ut cives, et Comitatusenses transferret a patriis, et Dei legibus, non pepercerunt in caede civibus suis, nec cogi-

Describuntur etiam facinorosa.

(1) Machab. lib. II. cap. V.

tarnat prosperitatem adversus cognatos malum esse maximum, arbitranes hostium, et non civium se trophæa capturos (1): digni propterea, qui, non secus atque de Jasone factum est, declarentur omnibus odiosi, et execrabiles legum, et patriæ proditores (2).

Causas rebellionis falsas esse demonstrat.

§. 3. In vulgus spargi cœptum est, hujusce rebellionis causam ex onerum, quibus populus premeretur, magnitudine proficisci. Sed cum cuique patret, communitiam omnino esse causam hujusmodi, et calumniæ plenam, eo quod Avenionensis, et Comitatusis populus, nullo vectigalium genere pressus, adeo leni, ac temperato regimine utebatur, ut illius felicitati, non sine causa reliquæ nationes inviderent, facile tunc perspectum fuit, veram et veram causam esse effræne libertatis studium: ad hanc vero assequendam dictitatum est, opus omnino esse universam Gallicani conventus constitutionem, tam in politicis, quam in ecclesiasticis, religionisque rebus amplecti, et ad majorem diuturnioremque felicitatem constabiliendam oportere, ut populi Avenionenses, et Comitatusenses ad Gallicam ditionem transirent.

Memorantur beneficia collata.

§. 4. Has inter nefarias improbitates non destitimus equidem utriusque populo palam facere, qualis et quanta esset Nostra in ingratos etiam parentis, ac principis benevolentia. Nostræ enim curæ fuit non sine plurimo pontifici ærarii dispendio illam ab impendentis caritatis discrimine liberare; eumque paterne monere, ut ab occultis cave-ret insidiis, quæ sibi, religioni, et publicæ etiam utilitati sub imagine libertatis parabantur. Si autem ab ipsa temporum varietate, ac humana etiam pravitate aliquod in leges irrepsisset vitium, aut in eorum partem inductus fuisset abusus, aperte eidem significavimus, Nos, auditis communitatibus, promptam opem, auxiliumque allaturos, ut omnia ad rectum ordinem per debitam emendationem revocarentur. Uique dubitaret nemo, quin, quanto citius liceret, Nostra occurreremus auctoritate, deliberavimus illico isthuc mittere dilectum filium Joannem Celestini, virum multis Avenione bene cognitum, et comitatus Venaisini negotiorum gestorem, ut quam citius fieri posset Avenionem, et Carpentor-

ractum properaret, ibique cum Nostrò pro-legato, naque cum peritioribus, ac prudentioribus civibus ageret de iis capitibus, seu articulis, quos præcipue optari, atque expeti agnosceret, quo communibus votis obsecundare possemus in statuendis iis, quæ convenire, opportunaque esse judicarentur; veluti binæ Nostræ in forma Brevis literæ præferunt, alteræ xi. kal. majas superioris anni scriptæ dilectis filiis nobilibus, et populo civitatis Nostræ Avenionensis, alteræ vi kal. martias ejusdem anni datæ venerabili fratri episcopo Carpentoractensi, ac dilectis filiis deputatis a comitiis generalibus ejusdem civitatis.

§. 5. At inutiles fuerunt omnino beneficentiæ Nostræ, inutiles paternæ monitiones, inutilis profectio delegati. Cives enim Avenionenses minus rite in conventum coacti illorum decretorum præsidio, quæ a Nostrò pro-legato extorserant, quæque a Nobis inavalia atque irrita declarata jam fuerant, Avenionenses, inquit, in conventum coacti suscipere illum renuerunt, et militati etiam sunt, se eundem tanquam perturbatorem publicum habituros, si pedem in civitatem, aut in territorium intulisset; consiliumque præterea inierunt exactorandi dilectum filium Philippum Casoni pro-legatum, aliosque ministros Nostros, quos inter non defuit, qui insidiis etiam petitus coactus fuit se fugæ committere; et ad extremum deliberationem cœperunt sese subjiciendi ditioni, et imperio carissimi in Christo filii Nostri Galliarum regis christianissimi, missis hæc ipsam ob causam suis ad eundem regem, et Gallicanum conventum deputatis. Hinc per municipalitatem eidem pro-legato, ut Avenione discederet, indictum est; qui reapse discessit die 12 junii anni 1790., emissis antea opportunis protestationibus, tum voce coram iisdem municipalibus officialibus, qui sibi discessum indixerant, tum scripto coram testibus; cum tabellionum nemo fuerit Avenione repertus, qui illas in acta referret: quod quidem in causa fuit, cur idem pro-legatus Carpentoractum profectus mox eadem renovavit die 16., et 21. mensis ejusdem protestationes coram tabellione Oliveiro, cancellario rectoriæ, easque in acta secretariæ referri jussit, ne facti hujusce memoria unquam interiret. Sub idem tempus fuit per Avenionensem conventum de constitutione universa Gallicani conventus

Patris de-
fectionis descri-
ptio.

(1) *Cit. cap. V. vers. 6. et 13.*

(2) *Vers. 8. et 14.*

amplectenda cogitatum in politicis reque atque in ecclesiasticis rebus, et ad eam exequendam mox tali, ac tanto cum furore undique ventum est, ut simile quippiam ne in Gallicanis quidem comitiis conspectum fuerit.

Crimina rovi-
ter patrata.

§. 6. Ex quo factum est, ut parte ex una legitimo, et antiquo principatu miser anarchiæ status fuerit suffectus, utque parte ex altera canonibus subrogatæ fuerint sæculi leges, sacram hierarchiam, Ecclesiæ auctoritatem, et catholicam ipsam religionem evertentēs. Etenim expoliatæ sunt bonis ecclesiæ; argentea supellex direpta; sacra vasa scelestis manibus contræctata, ac Massiliam delata, pecuniæque ex illis conflatæ; monasteriorum claustra perrupta; sacræ virgines male habitæ, et ad petenda alia monasteria, aut ad patrios lares remeandos adactæ. Præterea publico programme die 30 novembris elapsi anni edictum est tum venerabili fratri archiepiscopo Avenionensi, qui Villanovam locum suæ diocesis secesserat, tum omnibus parochis, ecclesiasticisque viris universis, ut brevi temporis spatio Avenione sisterent sese, ibique civici jurisjurandi religione se adstringerent, jurisjurandi scilicet, ex quo præcipua malorum omnium causa profluxit; si secus fieret, reputarentur omnes e suo gradu dejecti, eorumque ecclesiæ ita haberentur, ac si suo pastore carerent. Quod quidem programma in mentem Nobis revocat scelestum illud edictum adversus bonos, legitimosque pastores ab imperatore Constante editum Arianorum consilio, atque opera, quod scriptores omnes merito horrore sunt prosequenti. Hoc enim quoque edictum cum eadem fere sponsonem ab ecclesiasticis viris postularet, easdem etiam præsefererat minas hisce verbis conceptas, *aut subscribite, aut ab ecclesiis recedite* (v).

Idem ut supra

§. 7. Minis, quæ in edicto continebantur, factum respondit profano scelere, et immani sacrilegio undique plenum. Die enim 26 mensis februarii hujus anni accessit ad cathedralem ecclesiam officialis municipalis, cui nomen Dupratus, armis instructus, et gladium dexterâ præferens, ingentique

comitatus militum manu. Is ecclesiæ canonicos e choro egredientes in aulam capitularem cogi jussos nomine municipalitatis adigere ausus est ad vicarium capitularem eligendum eo sub prætextu, ut juxta Gallicani conventus decreta, per Avenionenses suscepta, haberi archiepiscopus deberet tanquam civiliter mortuus, ejusque ecclesia tanquam suo viduata pastore, eo quod ipse Avenione stato tempore non stitisset se, neque civicam jusjurandum detulisset.

§. 8. Negarunt canonici, se ea exequi jussa posse, quæ cunctis Ecclesiæ regulis adversarentur. At officialis minatus est tandem prohibitorium se illos, ne inde pedem efferrent, quamdiu ad vicarii electionem non venissent. Acciri tunc notarium canonici postularunt, qui de vi sibi illata testimonium ferret. Sed petitione illorum rejecta, officialis eisdem chartam exhibuit, in qua octo virorum nomina erant exscripta, quos inter vicarium omnino eligi oportebat, eodemque tempore advocari, atque introritti jussit Poncetium notarium, et Escuyerium municipalitatis secretarium, qui electioni interessent. Frustra deo obniti contra perrexerunt canonici; sed iis ad suffragium ferendum coactis ita res se denique habuit, ut nemo rite electus dici posset. Ex decem enim canonicis, qui in capitulo aderant, Malierius canonicus cathedralis quatuor dumtaxat habuit suffragia, duo de Prætis alter cathedralis canonicus, totidemque Messangeanus canonicus collegiæ s. Ginesii, et cæteri quinque nullum omnino. Voluit tamen Dupratus, ut electio hujusmodi Malierii, ad quam non major capituli pars, ut ex jure opus est, sed quatuor dumtaxat suffragantes accesserant, pro canonica haberetur; voluitque insuper, ut canonici, licet invitati et incassum reluctantes, suo illam nomine subsignarent; ac gravibus propositis pœnis vetuit tam præsentibus, quam absentibus notariis civitatis, ne quascumque canonicorum protestationes in suis actis excriberent.

Iniqua electio
vicarii capitularis memora-
tur.

§. 9. Ubi officialis extorsit a canonicis commentitiam hanc electionem, quam municipalitatis vota, et consilia postulabant, meminisse se simulavit, minime per eosdem canonicos delatum civicum jusjurandum fuisse. Eo itaque adigendos illos curavit. At cum hujusmodi jurisjurandi vinculo adstringere se canonici denegarent, veluti ipse jam futurum præviderat, extem-

Magis iniqua
capituli sup-
pressio.

(v) Athanasius epist. ad omnes ubique solitariam vitam agentes. Oper. omn. edit. Colon. 1636. tom. 1. pag. 829. lit. C.

pro nomine municipalitatis declaravit, extinctum esse capitulum, nec posse deinceps canonicos ullo munere in ecclesia defungi, aut aliquo modo in novum corpus coalescere, et congregari.

Incepitur canonicis Malerii consilium acceptandi officium vicarii capitularis, vivo adhuc archiepiscopo.

§. 10. Erat Benedictus Franciscus Malerius adeo proventus ætate, ut ab ætate parum abesset Elezari, senis in historia sancta percelebris (1), poteratque vel ipse gloriosum exemplum juventuti, et universæ genti relinquere, quod ea sibi sumeret ad imitandum, pro gravissimis, et sanctissimis legibus (2). At longe ille se præbuit Elezaro dissimilem, qui secum animo reputans, ætatis, et senectutis suæ eminentiam dignam, et ingenitæ nobilitatis cautiorem, gloriosissimamque mortem magis, quam odibilem vitam complectens destinavit non admittere illicita propter modicum corruptibilis vitæ tempus (3). Quandoquidem Malerius non modo coram militibus in aula capitulari adstantibus non recusavit vicarii capitularis officium, quod, vivo adhuc archiepiscopo suo, sanctiones divine, et ecclesiæ leges cuidam deferri posse veritabant; sed in sua etiam libertate relictus publicas municipalitati gratias egit, et die 6 martii post missam celebratam per Mouvansium oratorii presbyterum, insigni municipali super vestes sacerdotales indutum, non dubitavit in cathedrali solemniori ritu collatum sibi munus ire, et possessionem capere cum militibus; non recusavit ea ultro libenterque excipere; quæ ad se, tanquam ad seditionis columnam deferebantur, tum a Richardio civitatis præfecto, tum a Vinayo substituto procuratoris ejusdem civitatis; et ad extremum moratus non est hæc omnia novo etiam scelere cumulare. Etenim coram omnibus se denovo civici sacramenti vinculo adstrinxit, erga nationem, erga leges, et erga regem Galliarum, iisque usque verbis, quibus ne impudentissimi quidem usi erant in Galliis, promisit se præcipue civilem cleri constitutionem servaturum, quidquid sibi ex adverso objiceretur obstaculi, et quidquid sui mussitarent sive inimici, qui reformationem dimis inuuebantur oculis, sive amici, a quibus se videbat derelinqui.

§. 11. Id ut factis magis magisque comprobaret, eadem die scriptum quoddam circumferri jussit ad parochos, in quo et de sede vacante verba faciebat, et quadragesimalis præcepti vinculum laxare audebat. Die vero ix. ejusdem mensis per aliud simile scriptum eos omnes ab exercitio muneris interdixit, qui quoquo modo seminariis præsent, eo quod jurandum deferre detrectassent; duo etiam subiude seminaria e medio sustulit; et temeritate denique tanta, quanta credi vix aut ne vix quidem posset, literis datis die v. ejusdem mensis Nos reddidit de sua electione certiores, Nos ipsos rogans, ut electionem saltem suam minime improbaremus. Quæ cum ita sint, dubitabit nemo, quin ille, maculam atque execrationem suæ senectuti acquisierit (4).

§. 12. Ista ratione per civitatem Avenionensem Nobiscum actum est. Ad Carpentoractensem autem civitatem quod attinet, aliasque comitatus communitates, non dubiam profecto illæ in Nobis spem excitant fore, ut primo quoque tempore ad officia sua reverterentur. Illæ enim in conventum representativum coactæ non susceperunt modo pro-legatum per Avenionenses expulsam, et Joannem Celestini Roma missam, sed etiam die xxvii. maii superioris anni palam declararunt, se Gallicanam constitutionem amplecturas in iis solam, quæ suis rebus, loco, ac tempori essent accomodata, quæque cum obsequio Nobis debito componi possent, sub cuius imperio et ditione semper sese permansuras affirmabant. At postmodum seu vi devictæ, seu blanditiis illectæ, seu insidiis circumventæ Avenionensium rebellium, satis aperte ostenderunt, se dicis causa dumtaxat summum pontificem venerari, et ejus ministros colere; dum reapse illarum consilia non alio spectabant, nisi ut pontifex, ejusque ministri constitutionem Gallicanam universam sive ecclesiasticas, sive politicas res spectantem probarent, sancirent, exequerentur.

§. 13. Ne inutili sermone prosequamur omnes deliberationes a conventu Comitatus captas, sat erit commemorare septemdecim illos articulos, ubi jura hominis eo prorsus modo su-

(1) *Cit. lib. II. Machab. cap. VI.*

(2) *Vers. 28. et 31.*

(3) *Vers. 19. 20. 23. et 25.*

(4) *Vers. 25.*

scipiebantur; quo fuerant in decretis conventus Gallicani explicata et proposita; illa scilicet jura religioni, et societati adversantia; et ita suscipiebantur, ut novæ constitutionis essent velutis basis ac fundamentum. Item saterit commemorare alios undeviginti articulos, qui erant prima novæ constitutionis elementa, ex ipso constitutionis Gallicanæ fonte petita atque hausta. Quemadmodum autem fieri minime poterat, ut Nos deliberationes sanciremus hujusmodi, utque Nostris ministri, quicumque ii demum essent, illas exequerentur, ita factum est, ut conventus repræsentativus illico patefecerit vesanum illum rebellionis ardorem, quo jamdiu conflagrabat, quique ad id usque tempus delituerat.

Idem ut supra

§. 14. Odio itaque percitus in prolegatum Nostrum, eo quod nec suis petitionibus indulserat, nec civicum sacramentum detulerat, eundem quicumque exiit jurisdictione, et tanquam ministrum Nostrum haberi amplius non posse declaravit. Nec dissimili ratione cum dilecto filio Christophoro Pieracchi Carpentoracti rectore, cumque aliis ministris pontificiis est actum. Subinde in locum pro-legati novum tribunal institutum, tresque conservatores status nominati, et duo deputati ad Nos missi, mandato quodam instructi arrogantæ, et injuriarum pleno, ac apertam defectionem præferente: quod in causa fuit, cur deputatis hujusmodi omnem ad Nos aditum ocluderemus. Exactoris ita Nostris ministris, debuit Joannes Celestini Romam re infecta reverti, alique pontificii ministri exinde recedentes petierunt primo Aubignanum, locum Carpentoracto proximam, mox Buchetum prope terminos Venaisini comitatus, subinde crescente tumultu Montemlimartium in Delphinatu, et denique Camberiacum, ubi die v. martii hujusmet anni opportunas protestationes renovarant, easque in actis cancellariæ episcopalis inserendas curarunt.

Idem ut supra

§. 15. Quis unquam credidisset, hunc Nostrorum ministro rum discessum, non alia ex causa profectum, nisi quod illi se omni jurisdictione exiit, suamque ipsorum vitam periclitari viderent, veluti eorum sæpius iterate protestationes declarant, hunc, inquam, discessum ansam præbiturum fuisse consilio municipali Carpentoractensi, nonnullisque aliis communitatibus dictitandi, et vulgo obloquendi, esse populos a suo principe derelictos,

solutisque propterea a jurejurando fidelitatis licere, si velleant, se regi christianissimo dedere, quemadmodum revera faciendum sibi esse decreverunt? Populus sane Avenionensis, et Comitatus sese Nostræ ditioni subduxit, violare ausus humanas leges, atque divinas. Sed Nos nunquam de hisce populis deserendis cogitavimus, iisque proinde Nostram opem, auxiliumque conferemus imposterum, veluti antea præstitimus, modo ad Nos revertantur. Hanc ipsam ob causam iis, qui a Nobis defecissent, ultro veniam obtulimus, nullis limitibus circumscriptam. At hic singularis Nostræ clementiæ actus tam Avenione, quam Carpentoracti adeo effraeni audacia exceptus est, adeoque indignæ deliberationes utrobique captæ, ut satius ducamus ea silentio, ac tenebris tegere, quam in lucem emittere.

§. 16. Sed non idcirco Noster amor deferbuit. Non ignoramus equidem, ven. fratres, inter vos esse neminem, qui hactenus patrata facinora summo non prosequatur horrore, et non eo suas curas convertat, ut quo melius possit suo pastoris munere defungatur. Scimus item vos inter, dilecti filii, canonici, parochi, alique Avenionis, et Comitatus ecclesiastici viri, plurimos existere virtute præstantes, et religionis ardore successos, promptos proinde, paratosque quibusvis tolerandis ærumnis ad Dei, Ecclesiæ, et patriæ causam tuendam. Scimus denique, ex vestro, dilecti filii, nobili et civico cœtu plurimos esse egregio in Ecclesiam studio, et optimo in Nos animo cum Avenione, tum multo magis in comitatu, ubi integræ communitates bene multæ intactam, atque intemeratam servant religionem atque fidelitatem. Hinc a divina sapientia edocti eorum ducimus habendam esse rationem, qui probi et justi sunt, ut improbos cum mansuetudine toleremus. Et quamvis tanta crimina intuentes maximo animi afficiamur dolore, volumus tamen utroque paterne alloqui, ut boni in proposito persistent, utque improbi in viam reducantur, et suas penitentia ducti culpas ejurent. Eo vel magis, quia per id temporis hæc scribimus, quo sanctius nihil est, quodque fert secum dies reconciliationis ac pacis. Minime itaque horrescimus propter adversos casus, qui tam isthic, quam in Galliarum regno evenerunt, perinde ac si Deus Nos dereliquisset. Sed illud mente revolvimus ac reputamus, ea, quæ propter Nostra, et populorum pec-

Allocutio ut boni in proposito persistent, atque improbi in viam reducantur.

cata acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis Nostri (1), certoque futurum confidimus, ut Deus optimus maximus, coram quo sæpius procumbentes Nobis, populisque Nostræ curæ concreditis veniam flagitavimus, reconcilietur servis suis; quippe nunquam quidem a Nobis misericordiam suam amoyet, sed corripiens in adversis populum suum non derelinquit (2), et qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni domini reconciliatione exaltabitur (3).

Pœnâ contra eos qui exceperunt civilem constitutionem cleri.

§. 17. Audite, ven. fratres, ac dilecti filii, Nostras paternas voces, quas consilium sequentes ven. fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium ad vos convertimus veluti pastor universalis, et princeps vester pro rerum ecclesiasticarum, ac politicarum diversitate. Ad ecclesiasticum regimen quod attinet, eam illis, qui jurejurando amplexi et executi sunt, vel unquam amplecterentur; et exequerentur isthæc civilem cleri constitutionem, eadem mansuetudine agemus, qua eum iis usi sumus, qui idem præstiternat in Galliis, ubi ortum habuit eadem constitutio partim hæretica, partim schismatica, et in universum longe a regulis, et disciplina ecclesiastica abhorrens; itaut proinde propositum Nobis sit, nihil agere aliud, nisi easdem declarare, et extendere canonicas pœnas, quas Nostræ literæ præseferunt, die xiii. hujusce mensis datæ dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitalis, clero, et populo regni Galliarum: quarum complura exempla ideo ad vos mittimus, ven. fratres, ut his juncta literis ad manus deferenda curetis capitulorum, cleri, ac populorum istius Nostræ ditiois.

Damnatio actuum factorum defectionis tempore.

§. 18. Apostolica hinc Nostra auctoritate declaramus irritos, illegitimos, et sacrilegos actus omnes, quocumque demum nomine tum Avenione, tum Carpentoracti, tum alibi facti sint ad amplectendam, exequendamque tam tacite, quam expresse civilem cleri constitutionem universam, sive ejus tantummodo partem, hosque actus omnes, quos pro expressis haberi vo-

lumus, damnamus, rescindimus, atque abolemus.

§. 19. Super omnia rescindimus, atque abolemus edictum diei 8. octobris MDCCXC., quo consilium municipale Avenionis non minus temere, quam impie ausus est cogere ven. fratrem archiepiscopum illius civitatis, canonicos, parochos, aliosque ministros ecclesiasticos ad se civico jurejurando obstringendos, catholico quovis homine prorsus indigno, edita declaratione, ut sedes archiepiscopalis, ut parochiæ, utque alia officia omnia pro vacantibus haberentur, nisi sacramentum hujusmodi deferretur: edictum propterea irritum, atque sacrilegum, suapte natura idoneum schismati invehendo.

Abolitio edicti diei 8. octobris 1790.

§. 20. Aequè damnamus, atque abolemus electionem Malierii in vicarium capitularem, eam declarantes impiam, violentam, irritam, atque sacrilegam, utpote quæ incognita prorsus est in Ecclesia Dei, cum vivo adhuc pastori legitimo adimi regimen suarum ovium nequeat, nisi ex causis canonicis, ab ipsa Ecclesia, aut ab hac sancta Sede; et utpote quæ necessariis suffragiis destituitur, et omni caret libertate, itaut non canonica et ecclesiastica electio considerari debeat, sed actus militaris, atque hostilis. Suffragia enim vis militaris extorsit; vi militari factum est, ut commentitia isthæc electio ederetur in vulgus, justis posthabitis canonicorum protestationibus, quæ profanum actum antecesserunt, et consecutæ sunt; vi denique militari accepta referri debet electi ipsa possessio. Huc itaque convenire possunt, quæ a synodo Alexandrina in epistola ad episcopos Ecclesiæ Catholicæ scripta sunt, cum s. Athanasius e sua sede fuit dejectus in conciliabulo Tyri, » Cui comes præsedet, ubi comes verba faciebat, cæteri præsentibus in silentio erant, » vel potius comiti obsequium suum accomodabant, ubi quod communiter » episcopis placuit, ab illo impediatur, » ille imperio utebatur, nos a militibus » ducebatur». Optime synodus affirmavit defectionem hujusmodi habendam esse tanquam » negocium imperatorium, non synodale (1). » Aequè conveniunt, quæ a s. Julio dicta sunt, ubi in lo-

Damnatio electionis vicarii capitularis.

(1) Machab. cit. cap. VI. vers. 12.

(2) Loc. cit. vers. 16.

(3) Cap. V. vers. 20.

(1) S. Athanas. apolog. 2. pro fuga sua Op. omn. pit. tom. I. pag. 728. li. D. et p. 730. li. c.

cum ejusdem Athanasii suffecerunt episcopi Ariani Georgium depeculatore, eumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt. Egregie s. pontifex scribebat, Georgium in ecclesiam ingressum fuisse » non cum presbyteris, et diaconis civitatis, sed cum militibus . . . dilecti credite, tanquam Deo præsente cum veritate loquimur, non est istud pie factum, non ex jure, non ecclesiastice (1). »

Declaratio nullitatis omnium actuum factorum a pseudo vicario.

§. 21. Declarata electionis nullitas nullitatem secumfert omnium actuum per Malierium in introitu gestorum sine jurisdictione contra rectores seminariorum, contra probos pastores, contra religiosos presbyteros, non alia de causa suis officiis exutos, nisi quia jurandum edere renuerunt de constitutione prorsus acatholica servanda. Apposite ad rem nostram deuo s. Julius exclamat: Quæ feruntur a Georgio » acta in introitu ejus, ostendant quali » fuerit ordo in ejus ordinatione; presbyteri . . . indigne habiti . . . , » sacra mysteria direpta, ut vi cogerent » nonnullos ad constitutionem Georgii approbandam. Hæc, et istiusmodi ostendunt, quinam sint canonum prævaricatores. Nam . . . nec cum prævaricatione legis cogisset eos sibi obtemperare, qui ei legitime obaudiebant (2). »

Suspensio vicarii ab ordine sacerdotali

§. 22. Quamvis profecto multa et gravia sint crimina per Malierium patrata, nihilominus volentes eidem spatium ac facultatem relinquere colligendi se, suasque culpas publica atque opportuna satisfactione purgandi, Nosmet ipsos modo cohibemus a gravioribus canonicis pœnis, eique infligentes pœnam omnium mitissimam, ipsum declaramus ab ordine sacerdotali suspensum, et irregularitati etiam obnoxium, si prædictum ordinem audeat exercere.

Prohibitio ne officii munera exerceat præsumat.

§. 23. Præcipimus insuper prædicto Malierio sub eadem suspensionis pœna, ne audeat deinceps aut se vicarium capitularem vocare, aut ulla munia obire, quæ quoquo modo ad hanc pertineant dignitatem, ad quam non rite, et non canonicè accessit. Præcipue vero interdictum eidem volumus, ne per ipsum dimissoriæ literæ dentur ad or-

dines suscipiendos, et ne parochi, vicarii, rectores seminariorum, functionarii, alique ministri ecclesiastici cujusvis generis, licet a populo electi, quovis modo instituantur; declarantes irritas, atque inanes institutiones, ac deputationes omnes, quæ hactenus factæ fuissent cum omnibus inde secutis, aliosque actus quoslibet, quos facere auderet imposterum.

§. 24. Subiicimus quoque eidem pœnæ suspensionis ab exercitio ordinis prædictum Mouvansium, oratorii presbyterum, qui et missam celebravit, dum pseudo vicarius Malierius possessionem iniret, et per summam temeritatem vestibus sacerdotalibus, quibus erat indutus, signum municipalitatis adjuvit.

Suspensio ab ordinis exercitio sacerdotis Mouvansii.

§. 25. Ad vos autem conversi dilecti filii, canonici, ecclesiastici, et cives Avenionenses universi, vobis in Domino præcipimus, ne aut prædictum vicarium capitularem, aut alios ministros quoscumque ullo modo suscipiatis, qui per anfractus, et cuculos in parochias, et in alia ecclesiastica munera subingredi molirentur: e contra vero vobis præcipimus, ut archiepiscopo primum, deindeque vestris legitimis parochis ita, ut decet, pareatis; hi enim semper vestri pastores erunt, tametsi iuviti secedere cogentur; et tametsi horribili sacrilegio alius eligeretur, ac consecraretur archiepiscopus, alique parochi instituerentur. Quod quidem sacrilegii genus satis per Nos declaratum, ac vindicatum est Nostris literis ad episcopos Galliarum datis, et vobiscum communicatis. Erit itaque onus archiepiscopi suas oves regere, et proborum parochorum spiritualia subsidia suo populo suppeditare, quo meliori poterunt modo. Mementote, sine canonico Ecclesiæ judicio non posse vos, per speciem violentiæ etiam et necessitatis, ab eo obedientiæ vinculo subduci, aut solvi, quo erga archiepiscopum, vestrosque parochos devincti tenemini, veluti die xxv. mensis februarii per celebrem Sorbonæ universitatem in conventum extraordinarium collectam agnitum, et declaratum est.

Monitum ad canonicos, ecclesiasticos, et cives Avenionenses universos.

§. 26. Atque hoc loco opportunum ducimus tum archiepiscopum vestrum, tum alios functionarios ab accusationibus vindicare, quibus in edicto consilii municipalis injuste onerantur, perinde ac si iidem non nisi contra canonum præscripta Avenione abesse non possent. Tunc enim juxta canones abesse sine culpa non potest neque archiepi-

Excusatio episcopi, aliorumque functionariorum ab accusationibus.

(1) *Epist. Danio etc. cæterisque eorum, qui ex Antiochia scripserunt. loc. cit. pag. 748. lit. c. et p. 749. lit. a. b.*

(2) *Cit. pag. 749. lit. b.*

Bull. Rom. Tom. IX.

scopus, neque alii ministri, qui sui officii munere ecclesie coguntur adesse, quando justis, et rationabilibus cessantibus causis, se confert archiepiscopus extra diocesim, ibique ultra tempus permissum commoratur; alique ecclesiastici ministri ab ecclesie, cui addicti sunt, servitio secedunt. At id si accidat, edicti auctores ignorare minime debent, per canones ipsos permissum haud esse laicis sententiam in ecclesiasticos dicere, et in illos extrema privationis poena animadvertere: sed liberum tunc jus, et arbitrium ecclesie relinqui eosdem, per quosdam veluti gradus, variis poenis afficiendi, aut illos privando beneficiorum redditibus, aut eosdem mulctando spiritualibus poenis, aut eos denique ipsis beneficiis privando: ita ut si de metropolitano absente ageretur » Episcopus antiquior » residens sub poena interdicti ingressus ecclesie eo ipso incurrenda, infra » tres menses per literas, seu nuncium » Romano pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos absentes, prout » cujusque major, aut minor contumacia exegerit, suae supremae Sedis auctoritate animadvertere, et ecclesiis ipsis » de pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire, ut totidem verbis in concilio Tridentino sancitum est (1).

Idem ut supra

§. 27. Jam vero notae cuique sunt maximae illae turbae, isthic excitatae, quae sicuti nobiles cives, ita et ecclesiasticos viros adegerant, ut patriam, domiciliumque relinquerent ad pejerandi occasionem evadendam, aut ad se illis periculis liberandos, quae alii prohi viri miserime subierunt; quae sane pericula ne ab eorum quidem hominis abesse potuerunt; veluti de archiepiscopali domo, deque aliis archiepiscopi bovis factum est. Eodem accedit, quod archiepiscopus nunquam extulit pedem e sua diocesi: Villanova enim, ubi ipse commoratus est, et commoratur adhuc, intra fines continetur diocesis ejusdem; ita ut hanc ipsam ob causam dici nequaquam posset, eum a Tridentina sanctione discessisse, utpote quae metropolitanos jubet in ecclesia archiepiscopali, vel in diocesi residere (2). Ceterum Nobis, ad quos spectat hisce de rebus iudicium, certo

constat, nihil ardentius optare archiepiscopum, quam isthuc regredi, et ad vos jam reversurum fuisse, posthabito etiam suae vitae discrimine, nisi metueret, ne sui sacrificium capitis potius quam utilitati ovibus suis, esset infelicissimis hisce temporibus damno, ac detrimento.

§. 28. Quae clero, et populo Avenionensi diximus de obedientia archiepiscopo, et pastoribus debita, ea vobis quoque dicimus, dilecti filii, canonici, ecclesiastici, ac populi aliarum ecclesiarum Comitatus. Arcete vos ab iis, qui in alienas ecclesias invaserunt, aut invadere adhuc molirentur, illos devitate, illos cum horrore conspiciate: vestros autem legitimos episcopos, et parochos diligite, eos colite obsequio, illos audite.

Monitum ad clericum, et populum Avenionensem.

§. 29. Omnes autem Avenionenses, et Comitatusenses simul una animorum, et voluntatum consensione, ubi de rebus religiosis agitur, oculos semper convertite ad leges divinas, ad ecclesiasticas leges, et ad leges hujus apostolicae Sedis. Ecclesia enim, et apostolica Sedes spiritu Dei agitur. Id si praestabitis, veluti pietati vestrae confisi equidem speramus futurum, ira Dei in misericordiam convertetur, deque iis triumphum agetis, qui adversus religionem praellantur, quisque ea de vobis confiteri cogentur, quae Judaeorum inimici de Machabaeis jam praedicabant, Judaeos scilicet, Deum protectorem habere, et ob ipsum invulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab eo constitutas (3).

Idem ut supra

§. 30. A regimine ecclesiastico ad civile regimen nunc transgredientes non possumus equidem eandem vobiscum rationem inire, quam cum Gallis inivimus. Ad Gallos enim quod pertinet data opera sermonem habere nolimus de nova lege circa res civiles a comitiis generalibus profecta, et a rege sancita, ad quae ista pertinebant; e contra autem tacere haud possumus cum vobis, qui multis jam a saeculis sub apostolicae Sedis, summorumque pontificum ditione degentes, sine suprema auctoritate Nostra temporalis regiminis formam immutare non potestis omnino; ita enim postulant aequae humanae leges, atque divinae.

Idem ut supra

(1) Sess. 6. de reform. cap. 1. et 2. et sess. 23. cap. 1. de ref.

(2) Cit. sess. 23. cap. 1. de ref.

(3) Machab. cit. lib. II. cap. VIII. vers. 36.

Rescissio a-
ctuum facto-
rum in quali-
bet parte Co-
mitatus a no-
vis magistrati-
bus.

§. 31. Hinc Nostra utentes suprema ac legitima potestate, qua uti princeps fungimur, rescindimus omnes et singulos actus, tam Avenione, quam Carpentoracti, et in alia qualibet Comitatus parte factos adversus jura Nostri principatus, et reprobamus in primis, atque abolemus tanquam irritas, et violentia, ac seditione plenas deliberationes isthic captas de vobis e nostra ditione subducendis, ac Gallicæ ditioni tradendis; deliberationes, inquit, quas carissimus in Christo filius Noster rex christianissimus una cum inelyta natione sua non modo probare nequit, sed ne in disceptationem quidem vocare, absque eo quod sanctiora gentium jura lædantur, veluti ipsi regi iteratis expostulationibus patefecimus.

Improbantur
æque omnes
deliberationes
seditiosæ.

§. 32. Improbamus item, atque rescindimus deliberationes æque absurdas, ac seditiosas vivendi isthic ad instar reipublicæ; reprobamus et rescindimus illas, etiam deliberationes, quibus per summam insaniam suscipiuntur extræ civiles leges, tam conditæ, quam adhuc condendæ, et quibus novæ, periculosæ, incertæque leges anteferruntur constitutioni antiquæ, domesticæ, et legitimæ, sub qua vos vestrique majores tot jam sæculis tranquille, pacateque vixerunt.

Idem ut supra

§. 33. Et aliis innovationibus omissis, sine Nostra consensione factis in maxima rerum, et animorum commotione, et in ipso seditionis æstu, quæ pro irritis haberi debebant, perinde, ac si hoc loco singillatim per Nos commemorarentur, abolemus præsertim indignissimos violentiæ actus, per quos Nostri pro-legatus, rector, alique ministri exauctorati primum sunt, et deinde, novis suffectis officialibus, ac tribunalibus, ad discedendum coacti. Utique dubitari nequeat unquam, quin intactam integramque servemus antiquam Nostram possessionem, et quin Nostra omnia vetera, ac legitima jura sarta tecta tueamur, hic conceptis verbis, et solemniori, quo fieri potest, ritu confirmamus non protestationes modo, quarum supra meminimus; per pro-legatum Nostrum sæpius instauratas, quas hic haberi volumus, ac si de verbo ad verbum essent excriptæ, sed reclamationes etiam, quas exemplum secuti Nostrorum prædecessorum, et morem aliorum principum imitantes deferendas curavimus ad regem Galliarum, et ad alias catholici as aulas eo consilio, ac mente,

ut ad diuturniorem pervicaciam superandam ea quoque, si opus fuerit, in usum vocaremus fortiora remedia, quæ in Nostra sunt potestate.

§. 34. His præhabitis, vos paterne monemus, atque hortamur, venerabiles fratres, ac dilecti filii, qui fideles perstitistis, ut eos, qui tot tantisque nominibus defecerunt, nedum opere, sed etiam sermone excitetis ad seditionem, qua misere implexi sunt, deserendam, et ad redeundum ad Nos, qui ita animo comparati sumus, ut illos iterum amplecti, ac sinu excipere non recusemus. Meminerit, esse Dei præcepto constitutum, quod sacræ paginæ, tam sæpe ioculant, ut subditi pareant principi suo, utque patrias leges exequantur, quæ ab illo prodierunt. Caveant diligenter a studio rerum novarum, quæ quamvis specie sua utiles videantur, sunt semper cum periculo summo conjunctæ. Si quid in patrias leges irrepsit abusus, jam declaravimus alias, modoque iterum declaramus, promptos Nos esse iis eradicandis, et e medio tollendis, vestrisque votis, quantum in Nobis erit, auscultandis. Desinant factiones, et similitates inter cives, res ad suum ordinem revertantur, restituatur animis charitas, justitia, pax; felices enim undique eritis, si servatis Dei, Ecclesiæ, ac principis vestri legibus, pace perfruemini: quandoquidem Deus pacis, ac dilectionis erit vobiscum, veluti fidelibus promisit apostolus Paulus (1). Nos interim in illius pacis pignus, quam omnibus a Domino exoptamus, vobis, venerabiles fratres, vobisque, dilecti filii, Nostram apostolicam benedictionem peramanter imperitum. Datum Romæ apud sanctum Petrum die vicesima tertia aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Conclusio.

(1). *Epist. II. ad Corinth. cap. 13.*

vers. 11.

Dat. die
4. maii
1791
anno XVII.

DCCCXL.

Instantibus aliquibus episcopis Galliarum tribuuntur eisdem nonnullæ facultates, attentis præsentibus Gallicanæ ecclesiæ calamitatibus.

Venerabilibus archiepiscopis,
et episcopis regni Galliarum.

Pius pp. VI.

Venerabiles fratres
Salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Quo luctu, quoque mœrore ob maximam christiænæ religionis eversionem, quæ in hisce alias florentissimis regnis flagitiosorum hominum malitia brevi confecta est, afficiamur, pluries vobis, et literis, et indubiis argumentis significavimus. Quapropter quantum in Nobis fuit, Dei adjuvante gratia, torrenti iniquitatis obsistere adhuc conati sumus, et quoniam, sicut nuper accepimus, eo usque processum est, ut neque cultus divinus, neque religionis Nostræ misteria, ac ceremoniæ palam, ac servatis Ecclesiæ legibus peragi possint, hinc utile, atque catholicæ religioni proficuum futurum fore arbitrati sumus apostolici ministerii humilitati Nostræ ex alto concediti partes hisce quoque desuper interponere, ac vos in tanta rerum perturbatione, in qua ecclesiasticæ disciplinæ capita minime servari possint, ab iis in parte aliqua solvere, ut pro tempore, ac re consulere, quidve optimum adhibere valeatis.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos itaque vestrum votis annuere volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus multorum ex ordine vestro, qui apostolicæ huic Petri cathedræ firmiter adherent, atque Ecclesiæ jura strenue tuentur, nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; fraternitatibus vestris, de quorum fide, ac religionis zelo plurimum confidimus, durantibus præsentibus regnorum Galliæ calamitatibus, ac ad Nostrum, et apostolicæ Sedis beneplacitum, quatenus urgeat necessitas, et Ecclesiæ utilitas id postulet juxta prudentiam vobis a Deo datam olea

sacra cum presbyteris, quos potueritis habere, ac etiam extra diem cœnæ Domini, prout a sacris canonibus præscribitur, conficiendi; clericos ad quatuor minores ordines, quatenus illos nondum susceperint, quatuor feriatis, vel non feriatis, seu unica, et subinde ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines tribus dominicis, seu aliis festivis diebus non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio vestrum arbitrio definiendo interpolatis etiam extra tempora ad id jure statuto, et interstitiis, a sacro concilio Tridentino designatis minime servatis, anni curriculo non expectato, etiamsi in unoquoque ex dictis sacris ordinibus antequam ad alium promoveantur, minime se exercuerint, promovendi, illaque conferendi, nec non simplices sacerdotes, ut paramenta sacra, tabernacula pro custodia sanctissimi Eucharistiæ sacramenti; et alia utensilia ad sacrosanctum missæ sacrificium necessaria, benedicere, calices, et patenas chrysmate a vobis, vel ab alio quocumque catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habente benedicto, consecrare, atque ecclesias pollutas aqua ab episcopo benedicta, et in casu necessitatis etiam aqua ab episcopo non benedicta reconciliare libere, ac licite possint, et valeant, subdelegandi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impartimur.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, synodalibus, et provincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Terracinae sub annulo piscatoris die quarta maii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Derogatio contrariorum.

DCCCXLI.

Dal. die
15. maii
1791
anno XVII.

Indulgetur monialibus monasterii b. Joannis de Alcaron oppidi Matriti Toletanæ diœcesis, ut in earum ecclesia infra octavam sanctissimi Corporis Christi, exceptis duplicibus primæ, et secundæ classis, missa propria sanctissimi sacramenti possit celebrari.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Nemoratur de
cretum latum
e sacra con-
gregatione Ri-
tuum.

§. 1. Emanavit nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris sequentis, videlicet.

TOLETANA

Tenor ipsius
decreti.

§. 2. Sacra Rituum congregatio ad humillimas preces monialium ordinis beatæ Mariæ virginis de Mercede exalceatarum monasterii nuncupati b. Joannis de Alcaron civitatis Matritensis diœcesis Toletanæ, referente me infrascripto secretario, benigne indulsit, ut sacerdotes omnes tam sæculares, quam regulares ad sacrificandum convenientes infra octavam sanctissimi Corporis Christi in ecclesiam earundem monialium celebrare possint missam propriam sanctissimi sacramenti, exceptis duplicibus primæ, et secundæ classis. Die nona aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo primo.

Loco ✠ Signi

J. card. Archintus præfectus

D. Coppola S. R. C. secretarius.

Confirmatio
ipsius decreti.

§. 2. Cum autem sicut dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa; et moniales prædicti monasterii Nobis subinde exponi fecerunt, ipsæ decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communi summo opere desiderent. Nos dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: præinsertum decre-

tum hujusmodi auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque exponentibus, ac pro tempore existentibus prædicti monasterii monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti monasterii, illiusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die decima tertia maii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Derogatio contrariorum.

Est. die
13. maii

DCCCXLII.

1791
anno XVII.

Instante episcopo Plocensi committitur nuncio Poloniae, ut approbet et confirmet nonnullas donationes ab eodem episcopo Plocensi certis parochialibus ecclesiis factas.

Venerabili fratri Ferdinando Mariae archiepiscopo Carthaginensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniae regem illustrem. Nostro; et apostolicæ Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio pre-
eum porrecta-
rura ab epi-
scopo Plocensi

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit venerabilis etiam frater Christophorus episcopus Plocensis, quod ipse probe noscens parochiales ecclesias Sziscensem videlicet Szwolicensem, et Przewodviensem suæ Plocensis diœcesis, et ad sui liberam collationem, ut asserit, spectantes, redditibus parum instructas, variis imo oneribus obnoxias existere, atque ob parochianorum numerum satis frequentem, alio presbytero, qui earum parochie pro tempore existenti opem præstet, indigere, opportunum propterea duxit parochialibus primo, et secundo dictæ quasdam decimas, quas vocant, manipulares ad mensam suam episcopalem spectantes, tertio dictæ autem videlicet Przyodviensi, cui etiam onus manutenedi organarium incumbit, quasdam desertos agros ad dictam mensam pariter spectantes, in perpetuum donare et applicare, dilectorum tamen filiorum capituli, et canonicorum dictæ ecclesiæ Plocensis, ac hujus apostolicæ Sedis consensu, et respective beneplacito accedente, ac sub certis pactis et conditionibus prout in actis donationum, et incorporationum hujusmodi coram capitulo generali dictæ ecclesiæ editis, et a præside ejusdem capituli subscriptis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, memoratus Christophorus episcopus, quo donationes, et incorporationes hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune provi-

dere, ac, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictam Christophoram episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes; et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: fraternitati tuæ de cuius fide, prudentia, integritate, et religionis zelo, plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de utilitate donationum, et incorporationum hujusmodi; illas sub iisdem legibus, et conditionibus, quibus ab eodem Christophoro episcopo factæ fuerunt, auctoritate Nostrâ apostolica approbes, atque confirmes, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias, omnesque, et singulos juris, ac facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quâdocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostrî apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non cathedralis, ac parochialium ecclesiarum prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque temporibus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quo-

Tenore manda-
ti dati nuntio
apostolico.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

modolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia maii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLIII.

dat. die
24. maii
1791
anno XVII.

Ecclesia parochialis terræ de Castro Novo de Grafiniana Lucanæ diocesis erigitur in abbatiam prioralem infulatam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessio-
nis.

§. 1. Dum insignis terræ, et communitatis de Castro novo de Grafiniana Lucanæ diocesis dilecto filio nobili viro Herculi Rinaldo duci Mutinensi subjecta consistentis dignitatem, ac singularis fidei constantiam, et devotionis affectum, quo dilecti filii publici ejusdem terræ, et communitatis representantes erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur, illorum petitionibus, quæ ad parochialis, seu archipresbyteralis ecclesiæ ejusdem terræ splendorem augendum, ipsiusque parochum, seu archipresbyterum novis honoribus honestandum pertinere dignoscuntur, congruum dare suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Expositio præ-
cua.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt memorati publici representantes, quod terra prædicta non solum est caput provinciæ ultra viginti mille incolis populosa, sed etiam in ea residet nobilis gubernator cum præsidio: quodque parochialis, seu archipresbyteralis ecclesia beato Petro apostolo dicata satis ampla est structura, atque egregiæ, et bene instructæ formæ, cui inservit numerosus clerus, ac illius parochus, seu archipresbyter

jamdiu vicarii foranei venerabilis fratris archiepiscopi Lucani munere fungitur; quo itaque hujus parochialis, seu archipresbyteralis ecclesiæ dignitas augeatur, illi honorem abbatia prioralis infulatæ, illiusque pro tempore existentibus abbatibus infulatis nuncupandis pro tempore existentibus usum pontificalium per Nos concedi summo petere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium parochialem, seu archipresbyteralem ecclesiam prædictam in abbatiam prioralem infulatam perpetuo erigimus, instituimus, et deputamus, eique abbatia prioralis infulatæ titulum, ac denominationem cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris abbatibus prioralibus infulatis competere dignoscuntur, nec non illius parochi, seu archipresbytero, cæterisque suis successoribus pro tempore existentibus, ut abbates infulati, in omnibus, et singulis, ac quibuscumque scripturis, sessionibus, processionibus, congregationibus, conventibus, pompis, conciliis, cæterisque actibus publicis, et privatis cuilibet denominari, reputari, et censi possint, et debeant, ita tamen, ut ex honore hujusmodi nulla quoad jurisdictionem archiepiscopo Lucano innovatio inducatur, auctoritate, et tenore prædictis concedimus; eisdemque abbatibus infulatis, ut in ista sua ecclesia tantum, et absente archiepiscopo Lucano, pontificalia deferre, ac in pontificalibus celebrare libere ac licite possint auctoritate pariter, et tenore prædictis indulgemus.

Tenore concessio-
nis.

§. 4. Decernentes has præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causa propter quas præsentis emanarint sufficienter

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quantumvis justa legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, ac totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentis literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictæ diœcesis, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis

alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice demtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta maii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLIV.

Facultas regi catholico eligendi priores monasterii sancti Laurentii de l'Escorial nuncupati.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**astoralis officii humiliati Nostræ divinitus injuncti sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, et studio ad ea intendamus, per quæ Christifidelium sub suavi religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus Deo adjuvante proferre jugiter satagentium quieti, et tranquillitati consultiur, eaque removentur, quæ religiosorum ipsorum propositum turbare possunt, ut nulla re præpediti, sublatisque animorum dissidiis, et æmulationibus juxta regularia suorum ordinum instituta in pacis amœnitate gratum Altissimo impendant famulatum, felicioribusque in dies proficiant incrementis.

Nat. die
31. maii
1791
anno XVII.

Proemium.

§. 2. Et sane pro parte carissimi in Christo filii Nostræ Caroli Hispaniarum regis catholici expositum Nobis nuper fuit, quod alias claræ memoriæ Philippus II., dum vixit, Hispaniarum rex catholicus in actu fundationis, ac dotationis monasterii sancti Laurentii in Exeuriensi ordinis monachorum sancti Hieronymi Toletanæ diœcesis in recognitionem ejusdem fundationis, ac dotationis sibi a regibus catholicis successoribus suis quædam jura, quoad electionem prioris ejusdem monasterii attinet, reservavit, quæ etiam auctoritate apostolica confirmari obtinuit; postmodum vero cum tunc præscripta methodus eligendi priores dicti monasterii minus idonea, ac temporari minus accommodata visa sit, immo exinde etiam pax, et tranquillitas mo-

Expositio pre-
cua.

nachorum interdum fuerit perturbata, claræ memoriæ Carolus III. dum vixit pariter Hispaniarum rex catholicus parens suus, quo deinceps omnes removerentur inordinationes, quæ in electione dicti prioris fieri possent, et paci, ac tranquillitati eorundem monachorum simul consuleretur, quædam capitula per Nos constitui obtinuit, quibus rem omnem confici confidebat, prout in Nostris hisce desuper in simili forma Brevis die undecima julii anni MDCCLXXXI. expeditis literis uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, res secus, ac sperabatur, cesserit, quod non solum omnia partium studia, atque inordinationes extincta non sunt, quinimmo exinde plures quoque emanant perturbaciones, et mala, quamobrem memoratus Carolus rex catholicus non solum tamquam ejusdem monasterii fundator, et patronus, sed etiam cum reservatione facultatum removendi monachos præfatos ab antedicto monasterio quotiescumque pro ejus libitu voluerit. Hinc ut relatis incommodis aliquod efficax remedium adhibeatur Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eundem Carolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictarumque Nostrarum in forma Brevis, ut præfertur, expeditarum literarum tenorem etiam veriore pro plene, sufficienter inserto, et expresso habentes, ac prævia earundem literarum revocatione, electionem priorum dicti monasterii deinceps, et perpetuis futuris temporibus eidem Carolo regi catholico, suisque successoribus tamquam patronis, et fundatoribus ejusdem monasterii auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, ita ut ipsi per se, sine capitulo, ac sine præstatione, aliisque a dictis Nostris literis præscriptis, quem ipsis ob sui scientiam, prudentiam, ac morum suavitatem, et integritatem magis idoneum videbitur in priorem dicti monasterii semel, vel iterum, et quoties utilitas dicti monasterii id exigat eligere, constituere, et confirmare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore præfatis decernimus, atque declaramus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, aliisque arbitrio

Nostro infligendis pœnis, omnibus, et singulis monachis, aliisque personis quibuscumque dicti monasterii, in eoque pro tempore degentibus, ut priori, sic, ut præfertur, electo pareant, et obediant, eique ab omnibus parere, et obedire procurent, et studeant.

§. 5. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis confratribus nunc, et pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus memoratis Nostris in simili forma Brevis expeditis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et monasterii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima prima maii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Tenor concessionis.

Pœnæ contra inobedientes

Dat. die
1. Junii
1791
anno XII.

DCCCXLV.

Indulgetur magistratui Assisiensi, ut
in functionibus uti valeat fascibus
vulgo mazza nuncupat.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Paterna, quam de Nostris,
et apostolicæ Sedis in temporalibus
subditis gerimus cura, et sollicitudo
Nos arget, ut eorum votis, quantum
cum Domino possumus, benigne an-
nuamur, illosque specialibus gratiis,
et favoribus prosequamur.

Expositio pre-
cum.

§. 2. Cum itaque antiqua Assisi
civitas, quæ inter cæteras ditionis Nostræ
ecclesiasticæ civitates, tum populi fre-
quentia, tum præsertim singulari fidei
constantia, ac eximia in Romanos pon-
tifices prædecessores Nostros, et in hanc
sanctam Sedem observantia semper flo-
ruit, et adhuc florere dignoscitur.

Tenor conces-
sionis.

§. 3. Nos, qui civitatem prædi-
ctam, illiusque universitatem, et ho-
mines præmissorum meritorum intuitu
propensiori quodam benevolentie No-
stræ complectimur affectu, dilectos
etiam filios magistratum hujusmodi
aliquo apostolicæ beneficentiæ Nostræ
munere donare, et amplioris honoris
prærogativa decorare cupientes, ipsius-
que singulares personas a quibusvis ex-
communicationis, et interdicti, aliis-
que ecclesiasticis censuris, sententiis,
et penis quovis modo, et quacumque
de causa latis, si quas forte incurre-
rint, hujas tantum rei gratia absol-
ventes, et absolutos fore censentes, sup-
plicationibus eius nomine Nobis humi-
liter porrectis inclinati, ut deinceps
perpetuis futuris temporibus magistra-
tui hujusmodi fascibus vulgo mazza ad-
instar aliorum magistratum ditionis
Nostræ ecclesiasticæ præferri libere, ac
licite possit auctoritate apostolica te-
nere præsepium concedimus, et in-
dulgemus; illumque desuper a quo
quam impeditur, et molestari, vel per-
turbari nullatenus possit, ac irritum
et inane, si secus super his, quæ
quam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari decerni-
mus.

Derogatio con-
suetudinum

§. 4. Non obstantibus constitutio-
nibus, et ordinationibus apostolicis,
nec non, quatenus opus sit, aliarum
civitatum, ac terrarum ditionis Nostræ
ecclesiasticæ, aliisque quibusvis etiam

juramento, confirmatione apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, et consuetudinibus, eorumque
reformationibus, et novis additionibus,
ac stylis, usibus, legibusque etiam
imperialibus, cæterisque contrariis qui-
buscumque. Datum Romæ apud san-
ctum Petrum sub annulo piscatoris die
prima Junii millesimo septingentesimo
nonagesimo primo, pontificatus Nostri
anno decimo septimo.

DCCCXLVI.

Dat. die
10. Junii
1791
anno XVII.

Committitur nuntio Poloniæ instante ca-
pitulo metropolitanæ ecclesiæ Gne-
sensis, ut approbet incorporationem
cujusdam advocatiæ eidem capitulo
factæ.

Venerabili fratri Ferdinando Mariæ ar-
chiepiscopo Carthaginensi ad carissi-
mum in Christo filium Nostrum
Stanislaum Augustum Poloniæ re-
gem Illustrum Nostro, et apostolicæ
Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Exponi Nobis nuper fece-
runt dilecti filii capitulum metropoli-
tanæ ecclesiæ Gnesensis, quod alias
bonæ memoriæ Antonius Casymirus,
dum vixit archiepiscopus Gnesensis,
cum ex visitatione pastorali ei inno-
tuerit, non solum in eadem metropo-
litana ecclesia, quæ inter cæteras re-
gni Poloniæ ecclesias prima est, nul-
lam existere peculiarem dotationem, aut
fundationem ad solvenda stipendia mu-
sicis servitio ejusdem ecclesiæ addictis:
verum etiam bonæ mensæ capitularis
obstantibus, qui miserime antea
temporibus regnum Poloniæ dilacera-
runt, in eum deteriorem statum fuisse
adducta, ut impar omnino esset e-
dem mensæ capitularis huic oneri fa-
cere satis, hinc e re sua arbitratus est,
fore dignitati, ac splendiori sæe me-
tropolitanæ ecclesiæ consilere, quam-
obrem advocatiæ Bozacinam nuncu-
pata cum molendinis, ædificiis, agris,
pratibus, omnibusque attinentiis, et per-
tinentiis suis, et prout eadem advo-

Expositio pre-
cum.

catia in suis limitibus circumscribatur, eidem capitulo sub onere solvendi salaria musicis prædictis, et sub beneplacito apostolicæ Sedis, concessit, et assignavit, et incorporavit, prout in privilegio, seu instrumento ejusdem concessionis, et incorporationis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjugebat, venerabilis frater Michael modernus archiepiscopus Gnesnensis ratam, gratamque habeat concessionem, et dispositionem hujusmodi; memorati vero exponentes, quo concessio, assignatio, et incorporatio firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia abolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum consilio fraternitatis, de cujus fide, prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de utilitate concessionis, et incorporationis hujusmodi illam sub iisdem conditionibus, et legibus, quibus a memorato Antonio Casymiro facta fuit, auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiari, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apo-

stolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non metropolitanæ ecclesiæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie; ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostrî anno decimo septimo.

Derogatio contrarium.

Dat. die
11. Junii
1791
anno XVII.

DCCCXLVII.

Confirmatio privilegii regi Sardiniae concessi nominandi personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in universo ejus temporali dominio.

Pius Papa VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Memoratur
originaia con-
cessio facta a
Nicolaio V.

§. 1. **A**lias felicitatis recordationis Nicolaus pp. V. praedecessor Noster tunc in humanis agentem Ludovicum, dum vixit, Sabaudiae ducem ob eximia ejus in Sedem apostolicam merita specialis favore benevolentiae prosequi volens, ut omnem ei tolleret suspicionis causam, ne ex promotione quorumvis ad quaecumque ecclesiarum, vel monasteriorum infra districtum sui temporalis domini existantium regimina, seu provisionibus quibuslibet, de quibusvis dignitatibus dispositioni apostolicae reservatis ibidem consistentibus quibuscumque personis per ipsum Nicolaum praedecessorem faciendis statui suo succederet dispendium, aut alia quaevis adversitas intestina, praefatum Ludovicum ducem per quasdam suas literas eertum reddidit, eique promisit, quod ipso, et temporali ejus dominio in integritate obedientiae dictae Sedis apostolicae persistentibus, ad quaecumque metropolitanarum, vel aliarum cathedralium ecclesiarum regimina, aut dignitates abbatiales, nec non ad prioratus Tallineriarum, Ripalliae, et Hovalitii, ac praeposituram montis Jovis, quae in confinibus hujusmodi domini consistent, neminem praefecisset, seu illis de quorumcumque personis non providisset, nisi habitis prius per eum intentione, et consensu ipsius Ludovici ducis de personis idoneis ad regimina, seu dignitates abbatiales, prioratus, et praeposituram hujusmodi promovendis, vel de quorum personis tales provisiones fuissent faciendae, et alias prout in praedictis Nicolai praedecessoris literis desuper anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo quarto idus januarii sub plumbo expeditis plenius continetur.

§. 2. Ac postmodum rec. mem. Leo X., Clemens VII., Julius III., Gregorius XIII., et Clemens VIII. summi pontifices etiam praedecessores Nostri supradictas Nicolai praedecessoris li-

teras sub certis modo, et forma tunc expressis confirmarunt, approbarunt, et innovarunt. Deinde vero pie memoriae Innocentius pp. XII. praedecessor itidem Noster dubium, quod exortum fuerat, an memorati Nicolai praedecessoris indultum, ejusque literae praefatae, ubi de districto temporali domini dicti Ludovici ducis mentionem faciunt, etiam citramontanas ipsi Ludovico tunc subjectas ditiones comprehenderent, dirimere cupiens, supradicti Nicolai praedecessoris indultum, ejusque literas hujusmodi etiam citramontanas eidem Ludovico duci tunc subjectas ditiones comprehendere declaravit, et alias prout in ipsius Innocentii in simili forma Brevis die 3 Julii 1700 uberius continetur.

§. 3. Cum autem subinde nonnulla dubia super intelligentia, et interpretatione dicti indulti excitata fuerint, recentis memoriae Benedictus pp. XIII. praedecessor itidem Noster dubia illa secundum justitiam, et aequitatis regulas e medio tollere, et quancumque aliorum dubiorum ejusmodi occasionem submovere, ac ea, quae a Sede praefata ad sublimium principum orthodoxae fidei defensorum, magnisque in Ecclesia Dei meritis fulgentium favorem emanasse noscuntur, nedum illa conservare, sed uberiori etiam, pleniorique interpretatione adjuvare cupiens, praedicti Nicolai indultum, ac Innocentii declarationem, aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum praedictorum literas confirmavit, approbavit, et innovavit, earumque vigore Victorio Amadeo tunc in humanis agenti Sardiniae regi illustri, et Sabaudiae duci, illiusque successoribus jus nominandi sibi, ac summo pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in temporali dominio, quod idem Victorius Amadeus rex tunc possidebat, consistentes in perpetuum competere, et ad illos spectare, et pertinere decrevit, et declaravit, excipiens tantum ab illa dispositione, seu declaratione cathedrales ecclesias Casalensem, Aquensem, et Alexandrinam provinciae Mediolanensis, in quarum provisionibus praesentibus, et stylum in eis observari solitum, in posterum etiam servari, et retineri voluit, et mandavit, et alias prout in ipsius Benedicti in simili forma Brevis expeditis literis die 29 maii millesimo septingentesimo vicesimo septimo plenius continetur.

Dubia suborta
super intelli-
gentia indulti
explicavit Be-
nedictus XIII.
factis nonnul-
lis reservatio-
nibus.

Quomodo con-
cessio ampliat-
ta fuerit a plu-
rimis succes-
soribus post-
erioribus exponi-
tur.

Reservationes
sustulit ipse
pontifex Bene-
dictus XIII.

§. 4. Quia tamen Victorius Amadeus rex jus etiam nominandi ad ecclesias cathedrales, sicut præmittitur, exceptas sibi competere vigore dictarum apostolicarum literarum Nicolai, et Innocentij prædecessorum contendeat, idem Benedictus XIII. eadem ipsamet die Victorio Amadeo regi declaravit, se pronis auribus excepturum ea rationum momenta, quæ pro se ficere ipse contenderet, eisque, si justitiæ niterentur, se ultro obsecraturum.

Benedictus
XIV. novas
protulit decla-
rationes.

§. 5. Exorto postmodum dubio, an in prædictis Benedicti XIII. literis dignitates abbatiales in provinciis Casalensi, Aqueensi, et Alexandrina, Lumellina, et Vallesicoida tunc temporis a Victorio Amadeo rege jam possessis consistentes comprehenderentur, felicis recordationis Benedictus XIV. prædecessor itidem Noster die quinta januarii anni millesimi septingentesimi quadragiesimi primi dignitates abbatiales præfatas memoratis Benedicti prædecessoris literis comprehendendi declaravit, firma tamen semper remanente exceptione, quoad ecclesias cathedrales Casalensem, Aqueensem, et Alexandrinam prædictas, reservataque itidem facultate Carolo Emmanueli regi tunc in humanis agenti ea proponendi, quibus jus etiam nominandi ad ecclesias cathedrales, sicut præfertur, exceptas, idem Carolus Emmanuel rex sibi competere contendeat, ut illa ad justitiæ lauces possent expendi, et si valida essent apostolicæ Sedis judicio comprobari.

Tenor novissi-
mæ concessio-
nis.

§. 6. Cum itaque casissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniaæ rex illustris, ac modernus Sabaudiaæ dux novissime proposuerit, sibi vigore indultorum a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostri, ut præfertur, concessorum pertinere jus nominandi prædictum ad ecclesias cathedrales, uti præmittitur, exceptas, nec non ad alias cathedrales ecclesias, ac dignitates abbatiales in temporali dominio, quod de præsentem possidet, consistentes; qua de re nuac etiam dubitabatur. Nos prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærendo, de nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalium consilio dubium hujusmodi e medio tollere, ac ea, quæ ab eisdem Romanis pontificibus prædecessoribus Nostri ob singularem sublimium principum in hanc sanctam apostolicam Sedem, fidem, constantiam,

et devotionis integritatem illis fuere concessa, non solum secundum justitiæ, æquitatisque regulas illæsa conservare, verum etiam benigniori, latiorque interpretatione, quantum cum Domino possumus, adjuvare cupientes, prædicti Nicolai indultum, ac tam ejusdem, quam aliorum Romanorum pontificum prædecessorum literas præfatas, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus cum omnibus, et singulis in eis contentis, ex expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, et innovamus; illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjungimus, earumque vigore charissimo in Christo filio Nostro Victorio Amadeo Sardiniaæ regi illustri, ac moderno Sabaudiaæ duci, illiusque successoribus, ipsis, et temporali dominio prædicto in integritate obedientiæ ejusdem Sedis, sicut præmittitur, persistentibus, jus nominandi Nobis, ac Romano pontifici pro tempore existenti personas idoneas ad cathedrales ecclesias Casalensem, Aqueensem, et Alexandrinam præfatas, nec non ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac dignitates abbatiales in prædicto temporali dominio, quod idem Victorius Amadeus rex de præsentem possidet, consistentes, atque prioratus, et præposituram præfatas in perpetuum competere, et ad illos spectare et pertinere eadem auctoritate tenore præsentium decernimus et declaramus.

§. 7. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sitque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritum.

§. 8. Non obstantibus quibusvis generalibus vel specialibus ecclesiarum reservationibus, seu affectionibus apostolicis, per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, et sedem prædictam quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, nec non cancellaria apostolicæ regulis editis, et eden-

Derogatio con-
trariorum.

dis, ac quibusvis aliis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, etiam quasvis clausulas, et reservationes in se continentibus per eosdem prædecessores, ac Nos, et Sedem eandem ecclesiis prædictis, illarumque capitulis et personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendâ, aut aliqua exquisita forma ad id servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis habentes, illis alias in sup. robore permansuris, ad præmissorum effectum hac ac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, et ad plenum derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCXLVIII.

Dat. die
21. junii
1791
Anno XVII.

Ut ab utroque clero civitatis, et diocesis Mexicanæ officium, et missa s. Agnetis de Monte Politiano recitari possit conceditur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **C**um sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Mexicanus Nobis nuper exponi fecit, magna in suis civitate, et diocesi Mexicana erga sanctam Agnetem de monte Politiano vigeat devotio, cupiatque propterea, ut quotannis die vicesima aprilis illius officium cum missâ de communi virgi-

num, cum oratione, et lectionibus secundi nocturni jam approbatum sub ritu duplici minori ab utroque clero civitatis, et diocesis prædictarum possit recitari. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareremur.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, nec non audito dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris præpositorum secretario: ut in posterum a clero seculari, et regulari civitatis, et diocesis Mexicanæ quotannis die vicesima aprilis officium cum missa de communi virginum cum oratione, et lectionibus secundi nocturni approbatum in honorem dicte sanctæ Agnetis de monte Politiano ritu duplici minori celebrari, et respectively recitari possit, ac valeat, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et impertimur.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima prima junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Concessionis tenor.

Derogatio contrariorum.

Ratio concessionis.

DCCCIL.

Dat. die
28. Junii
1791
anno XVII.

Indulgetur canonicis cathedralis ecclesie Feretrane, ut mozzetta cum rocchetto uti possint.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quanta cum utilitate ad venerationem, majestatemque divinarum rerum in Christifidelium animis ingerendam inducant ipsa sacrorum indumentorum, vestiumque ornamenta, ex usu compertum habens sacrosancta mater Ecclesia instituit, ut non solum ministri in diversos ordines distributi, præcipuis unicuique ordini, et ministerio congruentibus vestibus uterentur, verum etiam, ut clerici certis vestibus induti canonicas horas persolverent. Quamobrem in majorem divinæ gloriæ cultum, et in sacrorum ministrorum reverentiam cessurum fore confidimus, si insignia, quæ aliarum ecclesiarum canonicis concessa sunt, ecclesiarum magis conspicuarum, et præsertim ecclesiarum cathedralium canonicis grato, libentique animo, quoties a Nobis petitur, elargimur.

xp ositio pre-
um porrecta-
um ab episco-
u, et capitulo

§. 2. Cum itaque pro parte venerabilis fratris Josephi Mariæ episcopi Feretrani, ac dilectorum filiorum capituli, et canonicorum suæ cathedralis ecclesie Nobis expositum fuerit, quod ipsi non secus ac alii canonici collegiatae ecclesie sanctæ Agathæ ejusdem civitatis Feretrane, immo ipsi quoque mantionarii, seu beneficiati ejusdem cathedralis ecclesie sola adhuc almutia usi sunt: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indulti.

§. 3. Nos igitur memoratum Josephum Mariam episcopum, nec non dictum capitulum, seu canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulas eorundem canonicorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore existentibus canonicis cathedralis ecclesie

hujusmodi ut loco superpellicei, e almutiæ, quæ hactenus deferre tantum consueverunt, rocchetto, et mozzettam sericam violacei coloris subutam cum nodulis, et fissuris cocci nei coloris, tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, ac indulgemus; ac canonicos prædictos desuper a quoquam impediti, molestari, vel perturbari respective nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cathedralis ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava Junii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Derogatio contrariorum.

DCCCL.

Dat die
9. Julii
1791
anno XVII.

Supplicante definitorio ordinis fratrum eremitarum s. Augustini excalceatorum nuncupatorum congregationis Portugalliæ confirmantur statuta quibus nonnullæ conceduntur prærogative iis, qui se bene gesserunt in administranda eadem congregatione, quique sedulam navarunt operam studiis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Ad uberes fructus, quos dilecti filii fratres eremitæ ordinis sancti Augustini congregationis Portugalliæ excalceati nuncupati quotidie in Ecclesia Dei proferre satagunt, attente respicientes, dignum, quin potius debitum reputamus ea omnia, quæ ad promovendam, evitandamque regularis discipline custodiam apta esse dignoscun-

Proemium.

tor, apostolicæ Nostræ auctoritatis providentia firmare; prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii definitorium ordinis, et congregationis prædictorum, quod cum ex usu compertum sit paulisper tam sollicitudinem in administranda congregatione prædicta, tum in studiis sedulitatem facile defuturas esse, nisi quædam prærogativæ concedantur iis, qui in ejusdem congregationis administratione bene se gesserunt, vel sedulam navans operam ecclesiasticis studiis, prout concessum reperitur alumni ordinis prædictæ congregationis Hispanæ, hinc definitorium prædictum quædam concinnavit statuta, quibus nonnullæ prærogativæ alumni ejusdem congregationis asseruntur, qui præscriptis muneribus functi sunt, quorum tenor est, qui sequitur.

Per li reverendissimi ex-vicarij generali

Tenor statutorum.

§. 3. Avendosi considerazione alla fatica che hanno avuto nel governo della congregazione, e che per la legge non hanno vertua cosa che gli possa servire di premio per una sì laboriosa fatica; il presente definitorio d'unanime consenso ha stimato bene di concedere li privilegi sequenti.

Prærogativa concessa reverendissimis ex-vicariis generalibus.

§. 4. I. Che debbano precedere a tutti li religiosi della congregazione a riserva de'padri generali attuali, e del priore locale della casa ove esisteranno.

II. Che saranno solamente sottoposti all'obbedienza del reverendissimo vicario generale attuale.

III. Che potranno eleggere per loro residenza quel convento della congregazione, che meglio gli parerà.

IV. Che i reverendissimi vicarij generali attuali saranno obbligati a dargli un fratello laico per compagno, e quello precisamente, che da essi gli sarà proposto, e nel caso non vi fossero i laici, saranno obbligati a sostituire altri con comodo, e mantenimento per servirli, cioè un fratello donato, o altro familiare.

V. Che restino esenti dai digiuni dell'ordine, e dal coro, eccettuati bensì li vesperi, matutino, e messe cantate delle solennità maggiori.

VI. Che goderanno del voto in capitolo generale, dove averanno il luogo secondo le loro antichità sotto il definitorio generale.

VII. Che nella loro morte averanno li medesimi suffragj, che sono

concessi alli vicarij generali attuali. E questa stessa grazia si stenderà ai reverendissimi padri immediati, come pure il titolo di reverendissimi, precedenza, e presidenza già concessi alli medesimi nel definitorio del capitolo generale 17 luglio 1789.

Per li padri ex-generalis, cioè procuratori generali, definitori, visitatori segretarij della congregazione, e socij.

Si è stimato bene, che oltre li privilegi già stabiliti, e confirmati dai sommi pontefici Clemente decimo secondo, e Pio sesto precedano a tutti li religiosi, che non saranno stati generali ad eccezione dei giubilati, che hanno voto in capitolo. E che non saranno obbligati di andare all'altare a fare da ministri se non che col reverendissimo vicario generale: e saranno parimenti esenti dal-coro, ad eccezione de'vesperi, matutino, messe, ed altre ore cantate.

Per li predicatori

§. 5. I. È stato stabilito, che dell'ordine de'predicatori de'più antichi nella professione, avendo questi fatto il corso de'studj regolari, e conseguito le loro patenti, si eleggino tre di questi, cioè uno della provincia dell'Estremadura, l'altro d'una delle provincie Beira, Minho, e Trasonontes, e terzo della provincia de Alemtejo, i quali avendo esercitato le funzioni del loro ministero pel decorso di anni quindici predicando in ciascun di questi sei sermoni nelli paesi più notabili del regno con applauso, lode ed eccettazione dei popoli, avendo inoltre soddisfatto alli sermoni tra noi chiamati della Tavola nelle feste di maggior solennità, quali si computeranno nel numero delli sei all'anno. E costando di averlo così adempito mediante gli attestati de'superiori, e de'parochi delle rispettive chiese; questi tali goderanno il titolo di predicatori generali, averanno voto nel capitolo generale, dove staranno nell'ultimo luogo, e prederanno agli altri predicatori.

Similes pro concionatoribus.

II. Che a quelli predicatori, che dopo di ottenere la loro giubilazione non avranno luogo d'usare del voto, glie ne sia concesso il titolo de'predicatori maggiori.

*Per li lettori giubilati,
e per li dottori*

Similes pro
lectoribus,
aliisque docto-
ribus jubilatis

§. 6. Avendo questo definitorio avuta tutta l'attenzione alla decadenza che vi è stata nei studj della medesima congregazione, e considerando insieme i motivi, che possono concorrere per il suo ristabilimento, ha determinato, che dalla santa Sede apostolica s'impetrassero anche alcune grazie, che potessero servire e d'incentivo, e di premio all'i nostri religiosi, ad effetto di promoverli, ed attrarli agli esercizi letterari; punto in cui molto s'interessa il bene comune della religione.

Lettori giubilati

I. Si è determinato, che di tutto l'ordine dei maestri, quali attualmente ritrovansi giubilati, si eleggano sei de' più antichi nella professione, due di ciascuna provincia, cioè due dell'ipù antichi di Lisbona, ed Estremadura: due delli più antichi delle provincie Minho, Beira, e Trasmontes: e due delli più antichi della provincia de Alemtejo, i quali averanno voto nel capitolo generale, precedenza a quelli che non saranno generali, e superiori locali nelle proprie case, oltre gli altri privilegi già concessi a tutti i giubilati, quali restano nel suo vigore non solo per essi, ma anche per gli altri lettori giubilati, che ancora non godono de'voti, come pure goderanno l'istessa esenzione del coro concessa a'padri ex-definitori, eccettuati li vesperi, matutino, messe, ed altre ore cantate.

II. Che non essendovi giubilati di alcuna delle dette provincie, resterà vacante il voto fino ad esservene qualcheduno.

Ed in quanto ai lettori attuali resteranno questi godendo per legge le stesse grazie, e privilegi; che godono per costume.

Per li dottori

Si è determinato, che qualunque religioso della nostra congregazione graduato nell'università di Coimbra arrivando ad esser lettore della medesima università goda tutti i privilegi, che godano gli ex-vicarij generali, che governarono la nostra congregazione.

E finalmente furono dichiarati giubilati tutti i dottori della Nostra con-

Bull. Rom. Tom. IX.

gregazione, e si accetta nuovamente il Breve del santissimo padre Benedetto decimo quarto nella stessa formalità, che esso lo dichiara: con che però in avvenire non potranno aver voto in capitolo senza che abbiano anni venti d'abito, e sei anni di lettura, e presidenza a sei conclusioni.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo statuta hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius memorati exponentes apostolici muniminis praesidio roborari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censoris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati praeserta statuta cum omnibus, et singulis in eis contentis, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio
apostolica.

§. 8. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate

Derogatio contrariorum.

alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona julii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die

24. julii

1791

Anno XVII.

DCCCLI.

Concessio privilegiorum pro hominibus pastillariis status ecclesiastici, regni Neapolitani, et Januensibus comprehensis in universitate urbis, cum æquali distributione.

Aurelius Roverella prælatus domesticus, utriusque signaturæ referendarius, protonotarius apostolicus, sanctissimi Domini Nostri papæ auditor, ac iudex commissarius specialiter electus, ac deputatus.

§. 1. Cum sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia pp. VI. precibus hominum pastilliariorum status ecclesiastici, regni Neapolitani, et Januensium in universitate pastilliariorum urbis comprehensorum benigne annuens, chirographum propria manu Sanctitatis suæ die 24. currentis mensis julii subsignatum, Nobis pro executione in eo contentorum direxerit, tenoris sequentis videlicet:

Monsig. Aurelio Roverella nostro iudice.

§. 2. Ci hanno fatto rappresentare li macaronari, e fabricatori di paste Nostri statisti, Napolitani, e Genovesi, che piacque a Clemente XIV. di sanmem: Nostro predecessore con suo chi-

rografo segnato li 10 settembre 1772 d'incorporarli all'università de' vermicellari già composta di soli Novaresi, e Grigioni della Valtellina, in seguela di che hanno dovuto, e devono gli oratori contribuire a tutti li pesi, de' quali è gravata la università medesima, ciò non ostante non hanno potuto mai godere le due principali cariche, cioè il camerlengato della università, ed il guardiano della chiesa, ed inoltre non è mai da loro principalmente dipenduta, come dai vermicellari Novaresi, e Grigioni l'amministrazione della università medesima, la quale esclusione ridonda in grave danno degli oratori, giacchè restano privi non solamente delle esenzioni, ed emolumenti, che seco porta la carica di camerlengo della università, ma ancora dell'annua dote, che lucrasi col guardiano di chiesa, e di due di esse in ogni cinque anni alla occasione del camerlengato della chiesa medesima, come altresì pregiudica alla istessa università, giacchè essendo l'amministrazione tra detti vermicellari ristretta, non si curano di riformare la esorbitanza di diversi capitoli delli statuti, li quali, concedendo troppo illimitate facultà agli ufficiali, inducono in esso un dispotismo sugli interessi della istessa università. Ci hanno fatto rappresentare ancora di non meritare dalli vermicellari un aggravio sì enorme, subitochè gli oratori medesimi in numero di ventitre corrispondono, ed alla università, ed alla gabella del macinato ogni anno molto di più di loro, che sono in numero di cinquantanove; imperocchè pagandosi da ognuno, ed alla università, ed alla gabella del macinato un'annua determinata somma sopra di ciascun rubbio di grano spianato, gli oratori in specie nell'anno scorso da settenbre 1788 a tutto agosto 1789. avendo spianato rubbia 8140, su di esse hanno proporzionatamente pagato le tasse, e le gabelle, e li vermicellari non avendo spianate, che sole rubbia 5434 su di queste unicamente hanno fatta la loro contribuzione. Nè gli oratori si lagnano della maggiore contribuzione de' pesi, che rifondono alla università, ma bensì, che dovendo questa in loro influire una maggior considerazione nella distribuzione degli onori, gli porti l'aggravio della esclusione, e questa rechi a loro stessi gravame, e turbolenze negli individui, e pregiudizi alla università, quali sconcerti essi oratori, atteso il ristretto loro numero, sono costretti di

Auditor sanctissimi referit chirographum recepisse pro ejus executione.

Tenor chirographi, et ratio concessionum.

sopportare senza potervi porgere rimedio. Ci hanno quindi soggiunto, che li sconcerti, cui soggiacciono gli oratori, si sono anche sofferti dal ceto de' melangolari già uniti al ceto dei fruttaroli, tutti sotto il titolo di università de' fruttaroli similmente aggregati nella chiesa della madonna santissima dell'Orto; ma la s. m. di Benedetto XIII. altro Nostro predecessore diede a tutto riparo col suo chirografo del 14. luglio 1728. nel quale moderando la esorbitanza di diversi capitoli dello statuto rapporto al guardiano della chiesa, ordinò, che per due anni consecutivi si godesse dal ceto dei fruttaroli in numero di circa trecento, ed il terzo anno dal ceto de' melangolari; sebbene in numero di circa cinquanta, senza pregiudizio del turno del camerlengato. Giustificando pertanto gli oratori tutti questi fatti, sono ricorsi a Noi, umilmente supplicandoci a volerci degnare di prendere a di loro favore un adeguato provvedimento, che induca la uguaglianza degli onori nell'individui, un regolato sistema nell'amministrazione della università, e la quiete in tutti, che l'ineguaglianza, e li disordini tutto giorno allontanano.

Judicium editum a cardine J. Salviati protectore universitatis.

§. 3. Qual supplica essendo stata da Noi rimessa al reverendissimo cardinal Salviati come protettore di detta università, perchè ci avesse informati sulla rappresentanza fattaci, e manifestato insieme il proprio sentimento, uditi coloro, che vi avessero interesse; egli poi ci ha riferito, essere verissimo, che nella università de' vermicellari, quantunque gl'individui siano di nazioni diverse, Novaresi cioè, della Valtellina, Siciliani, Genovesi, e statisti, tuttavia le principali cariche, cioè quelle di camerlengo della università, e di guardiano di chiesa per lo spazio di venti anni, o sia dal tempo, che la s. m. di Clemente XIV. unì col precitato suo chirografo alla medesima università tutti li fabbricatori di paste, non sono state occupate, se non se da quelli di nazione Novarese o della Valtellina, onde dall'esercizio di queste cariche sono stati sempre esclusi quelli delle altre nazioni, li quali non meno, che gli altri, sottoposti alle gravezze della università, pure hanno dovute perdere quelli emolumenti, che l'esercizio di dette cariche gli avrebbe conferito; rimarcandoci al proposito, che la carica del guardiano di chiesa dà all'eletto ogni

Bull. Rom. Tom. IX.

anno una dote di scudi venticinque, ed allorquando secondo il turno ogni quinquennio tocca il camerlengato della chiesa medesima, gli aggiunge altra dote di scudi venticinque; ed un'altra di scudi tredici; l'altra poi del camerlengato della università conferisce diversi emolumenti, e specialmente quello di lucrare scudi sei nel decorso dell'anno, e di essere assenti dalla tassa delli due viaggi in ciaschedun mese; ci ha fatto però riflettere, che se li nazionali Novaresi, e della Valtellina sono stati sempre in carica ad esclusione degli altri nazionali, ciò è noto rapporto all'ufficio di guardiano, perchè le due persone chiamate *Tredici*, che hanno la nomina di detto ufficio, e devono proporre la mattina della domenica in Albis di ciascun anno tre soggetti alla congregazione di tutti li *Tredici* per restarne eletto uno con maggioranza di voti, sono stati per lo più Novaresi, e Grigioni, e perciò avendo data la nomina a tre loro patriotti, per necessità n'è dovuto restare eletto uno di loro; riguardo poi all'altro ufficio di camerlengato della università è stata la detta esclusione prodotta dalla disposizione dello statuto al capitolo terzo, che lascia libera la elezione a quattro deputati, li quali per lo più sono stati Novaresi, e della Valtellina, e perciò hanno similmente eletti i di loro patriotti; onde non si può in conto alcuno tacciare di mancanza alcuna la condotta fino ad ora tenuta in simili elezioni; e se li Novaresi, e Grigioni hanno potuto prevalere alle altre nazioni, questo è derivato dall'essere quelli più antichi, e di maggior numero fra tutti gli altri nazionali individui della medesima università. Ciò non ostante crede anche il detto reverendissimo cardinale protettore, che si debba prendere qualche temperamento per il tratto successivo, e che meriti emenda lo statuto anticamente fatto, quando tra gl'individui della università erano di soli Grigioni, e Novaresi, affinchè le primarie cariche di essa vengano alternativamente godute dagli altri nazionali, che sono stati aggregati alla medesima università, e non rimanessero privative, come sono state fino ad ora di quelli.

§. 4. Passando poi a ragionarci delle rendite dell'università, ci ha riferito, che queste consistono nella tassa annuale di uno scudo per bottega, che appartiene all'ospedale, e nella soprata tassa, quale ogni anno nel mese di

Descriptione reddituum universitatis.

settembre s' impone a proporzione del bisogno di bajocchi 2. e mezzo 4. 6. 7. sopra ciascun rubbio di grano spianato nel decorso dell' anno da ogni bottega; confermandoci nello stesso tempo, che le botteghe dei nazionali, Grigioni, e Novaresi sono in numero di cinquantanove, e quelle dei statisti, regnicoli, ed altri non sono in tutto, che numero ventitré; ed affinché ancora nel tratto successivo le dette rendite apparissero spese con maggior soddisfazione, e sicurezza degl' individui, quantunque esso reverendissimo cardinal protettore ci assuri, che in ciascun anno sono stati fatti gli opportuni sindacati sopra il rendimento de' conti de' consoli, e questi letti nelle piene adunanze, son stati poi lasciati nel pubblico ufficio del notaro, e segretario dell' università a pubblica vista di ognuno, che avesse voluto censurarli; crede ciò non ostante, che meriti pure emenda il capitolo 7. dello statuto riguardante il detto rendimento de' conti da farsi dai consoli alli soli quattro deputati, e qualche moderazione l' imposizione della sopratassa sopra lo spiao del grano.

Reformationes
propositae ab
eodem cardi-
nali protectore

§. 5. Dopo tutto ciò propone egli li seguenti stabilimenti; Primo cioè, che dalli quattro deputati, li quali fanno la elezione di quelli, che si devono imbussolare per consoli, camerlenghi, e consoli, e che servano nell' anno per ajuto in certo modo del console camerlengo, e ricevono dal medesimo li conti, tre fossero Novaresi, o Grigioni, ed uno del ceto dei ricorrenti, cioè o statista, o Napolitano, o di qualunque altra nazione fuori de' Grigioni o Novaresi. Secondo, che nella istessa forma si procedesse all' elezione del console camerlengo, cioè due anni consecutivi esser dovesse o Novarese, o Grigione, e nel terzo anno o statista, o Napolitano come sopra. Terzo, che questo metodo venisse pur stabilito in quanto all' elezione del guardiano di chiesa, cioè, che in due anni consecutivi si proponessero li tre soggetti di nazione Novarese, o Grigione, e nel terzo anno li tre soggetti statisti, Napolitani, o di altra qualunque nazione eccettuata la Grigione, o Novarese come sopra. Quarto, che il rendimento de' conti dei consoli, dopo essere stato approvato dalli quattro deputati, venisse esibito al reverendissimo cardinal protettore pro tempore, e che senza l' approvazione di questo non si possa imporre alcuna sopratassa. Quinto finalmente, che non si possa

assumere o proseguire dalla università alcuna lite senza l' approvazione del cardinal protettore pro tempore, cui fosse sempre riservato l' arbitrio di far pagare il procuratore, e notaro della università piuttosto ad anno, che a conto; conchiudendo, che con tale provvedimento potrebbe anche esser tolta di mezzo qualunque ombra di sospetto sopra l' amministrazione a tutti gl' individui della medesima università. E Noi intesa avendola prenarrata informazione, e voto, e ponderate tutte le circostanze, che concorrono nel caso, di cui si tratta, dopo aver anche sentiti in iscritto tutti gl' interessati, quindi volendo prendere gli opportuni provvedimenti per quiete comune degl' individui, che oggi compongono la detta università, anche per usare verso de' ricorrenti gli atti della Nostra paterna clemenza, siamo benignamente condiscesi ad accordar loro la richiesta grazia, come in appresso.

§. 6. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato l' intero tenore delli statuti, e leggi, che si trovano prescritte per il regolamento di detta università de' vermicellari, e di qualunque pontificio breve, chirografo, o costituzione confermatoria anche in forma specifica delli medesimi, così ancora delle riforme, decreti, e risoluzioni, che si fossero mai successivamente formate dalla medesima università; e finalmente del preaccennato chirografo della s. m. di Clemente XIV. segnato li 10. settembre 1772. in forza di cui li maccheronari, e fabricatori di paste statisti, Napolitani, e Genovesi vennero all' università medesima incorporati, e del successivo editto coerentemente pubblicato dal reverendissimo cardinal camerlengo sotto li 6. novembre dello stesso anno 1772. e di tutte le leggi, e condizioni, che sono state ivi prescritte, ed ordinate, ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria ad esprimersi. Di Nostra certa scienza, colla pienezza della Nostra suprema potestà vi ordiniamo, che in nome Nostro dichiarate, conforme Noi dichiariamo essere Nostra volontà, che tutti quanti sono gl' individui, che oggi compongono la detta università de' vermicellari debbano essere considerati al possesso delle cariche solite distribuirsi nella università medesima, ed a quest' oggetto si debba stabilire da qui in appresso, rispetto alle due cariche di

Declaratur al-
ternativam quo-
libet triennio
esse servan-
dam in electio-
ne officiorum
universitatis,
cum ordine
turnali.

camerlengo dell'università, e guardiano di chiesa, un ordinato triennale da incominciarsi nel futuro anno 1792.; cosicchè in detto anno 1792 debba essere, dai deputati nominato, ed eletto camerlengo uno del ceto dei ricorrenti maccaronari, e fabricatori di paste, statisti, Genovesi, e nazionali di regno delle due Sicilie, e negli altri due successivi anni 1793. e 1794. uno del ceto de' vermicellari Novarese, o Grigione; come pure nel detto anno 1792. dovrà essere eletto per guardiano di chiesa uno del ceto medesimo dei ricorrenti, e perciò del loro ceto dovranno essere ancora in due elettori chiamati = *li due tredici* =, e dovranno questi similmente proporre, ed imbussolare tre uomini maccaronari, e fabricatori di paste, o statisti, o Genovesi, o regnicoli, come sopra, perchè sopra uno di loro cada appunto la elezione del guardiano; nei due anni poi consecutivi tanto gli elettori, che il guardiano debbano essere del ceto de' suddetti vermicellari Novaresi, o Grigioni; e con questo metodo, ed alternativa si debba sempre inalterabilmente procedere in avvenire di triennio in triennio; senza pregiudizio però della conferma di quel guardiano; che ogni quinquennio suole eleggersi camerlengo di chiesa, e come tale continuare per l'anno susseguente, anche nell'ufficio di guardiano, nel qual caso egli di qualunque nazione sia dovrà restare nell'ufficio di guardiano anche per l'anno seguente, benchè fosse terminato l'anno del turno della sua nazione. Riguardo poi alli quattro ufficiali, che sogliono eleggersi ogni anno in detta università sotto nome di deputati, vogliamo, ed espressamente comandiamo, che debba similmente ogni anno essere fra i medesimi deputati eletto; e compreso indispensabile uno degli oratori, cioè un maccaronaro, e fabricatore di paste statista, Genovese, o regnicolo, e gli altri tre del ceto de' vermicellari Novaresi, o Grigioni.

so, ed approvazione del prefato reverendissimo cardinal suo protettore, dalla di cui approvazione vogliamo ancora, che dipenda qualunque rendimento de' conti; che si dovrà rispettivamente fare dagli ufficiali della università ne' suoi debiti tempi, e non altrimenti. E così vogliamo, e comandiamo, senza che a questa Nostra suprema ordinazione possano fare il minimo ostacolo i statuti, decreti, risoluzioni, e le leggi della medesima università, nè qualunque pontificio Breve, chirografo, o costituzione confermatoria delle medesime, anche in forma specifica, nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al Nostro presente indulto, nè qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario. La esecuzione poi delle premesse cose la commetterete in nome Nostro, conforme Noi la commettiamo allo stesso reverendissimo cardinal protettore di detta università de' vermicellari con tutte le facoltà necessarie, ed opportune. In adempimento pertanto del presente Nostro chirografo, ne pronunciate qualunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e farete tutt'altro, che per la totale esecuzione, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia stimerete essere in qualsivoglia modo spediante, e necessario essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

§. 8. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, nè registrato in camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di orrezione, sorrezione, nè di alcun'altro vizio; o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, o revocato, e che così e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche de' reverendissimi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, ruota, camera, e qualunque altro: togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, e definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi sia d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma e disposizione del presente Nostro chirografo, quale

Clansulae salutaris, et irritantes.

Declaratur novae leges non esse inducendas absque licentia cardinalis protectoris.

§. 7. Finalmente ad oggetto di provvedere al buon'ordine delle cose, che riguardano lo stato economico di detta università, ed alla retta amministrazione de' beni, e rendite della medesima, vogliamo, ed assolutamente comandiamo, che non si possa da qui innanzi imporre veruna tassa straordinaria, che chiamano sopratassa, nè si possa fare veruna straordinaria spesa, nè assumere dall'università alcuna lite, se non previa la intelligenza, consen-

vogliamo, che vaglia, e debba avere sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi fossero stati particolarmente intesi, o citati tutti gl'individui, che compongono la detta università de' vermicellari, ed altre qualsivogliano persone, ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche e luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun interesse, e che per comprenderle facesse bisogno di speciale, ed individua menzione.

Derogatio con-
trariorum.

§. 9. Non ostante li statuti di detta università de' vermicellari, e qualunque pontificio Breve, chirografo, o costituzione confermativa anche in forma specifica delli medesimi; così ancora le riforme, decreti, e risoluzioni, che si fossero mai successivamente formate dalla medesima università nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al presente Nostro indulto; come pure non ostante la Bolla di Pio IV. di sa. me. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, ed altre qualsivogliano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato, e suppleudo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, o difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico al Quirinale questo dì 24 luglio 1791.

Pius PP. VI.

Executio chi-
rographi.

§. 10. Volentes itaque adjuncta nobis ab eodem sanctissimo Domino Nostro papa debitæ executioni demandare: utendo facultatibus nobis in ipso chirographo tributis, præfati sanctissimi Domini Nostri pape voluntatem esse declaramus, ut ad communicanda inter omnes munera universitatis, ab hinc statuatur ordo turnarius triennalis in electione officialis, quem vocant = *Camerlengo dell'università* = itemque alterius nuncupati = *Guardiano di chiesa* = a proximo futuro anno 1792. incipiendo, ita

ut eodem anno 1792 unus ex oratoribus pastillariis status ecclesiastici, regni Neapolitani; et Januensibus eligatur = *Camerlengo* = in successivo autem bionio unus ex rhetoricis, sive ut ajunt = *Grigioni, e Novaresi* =; idemque servetur in munere = *di guardiano* =, adjuncta etiam hac respectiva qualitate in electoribus; eaque methode semper in posterum servata de triennio in triennium; sine tamen præjudicio confirmationis illius officialis nuncupati = *guardiano* =, qui solet in quinquennio eligi = *camerlengo di chiesa* = atque uti talis in successivo anno continuare in munere = *di guardiano* = quo casu is, cujusvis sit nationis, remanere debeat in officio = *di guardiano* = etiam pro successivo anno, licet annus turnalis respectivæ sue nationi præscriptus expiraverit. Quod vero pertinet ad quatuor officiales quotannis eligendos sub nomine = *Deputati* =; pari Sanctitatis sue nominæ mandamus, ut quotannis unus ex oratorum numero eligatur, reliqui tres ex rhetoricis, aut *Grigioni, e Novaresi*. Denique ad consulendum rectæ administrationi bonorum, ac reddituum universitatis, volumus, eodem quo supra nomine, ac mandamus, ut in posterum nulla extraordinaria imponatur taxa; nulla fiat expensa extraordinaria, nulla instituantur illis, nisi accedente approbatione eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis protectoris universitatis, cujus pariter approbationem intercedendam esse mandamus in quacunque redditione rationum ab officialibus universitatis explenda, juxta votum laudati eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis protectoris, cui præmissorum quoque executionem dictæ Sanctitatis sue nomine committimus cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunitis; cum præservationibus, exemptionibus, et aliis in supradicto chirographo fusius expressis, et juxta in omnibus, et per omnia illius formam, seriem, et tenorem: non obstantibus statutis, decretis, resolutionibus, et legibus dictæ universitatis pastillariorum urbis, et quovis pontificio Breve, chirographo, aut constitutione earundem legum, et statutorum confirmatoria, in parte, et partibus tantum huic indulto contrariis; aliis constitutionibus apostolicis, legibus, statutis, cæterisque, quibus idem sanctissimus dominus Noster papa in suo præinserto chirographo amplissime, atque expresse derogavit; In quorum

fidem etc. Datum Romæ ex palatio apostolico Quirinali, et ex ædibus Nostris hac die 27 Julii 1791.

A. Roverella auditor

Loco ✕ sigilli.

Averardus Guerrini caus. curiæ cameræ apostolicæ, ac illustrissimi, et reverendissimi domini auditoris sanctissimi domini Nostri papæ Pii VI. notarius.

Loco ✕ sigilli.

§. 11. Antonius Maria in baptismo Gregorius tituli sanctæ Mariæ in Vialata Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis prior diaconorum dux Salviati signaturæ gratiæ præfectus, ven. ecclesiæ, et archiconfraternitatis beatissimæ Mariæ virginis de Horto, nec non universitatum aggregatarum apud sanctam Sedem protector, et visitator apostolicus etc. etc.

Cum sanctissimus dominus Noster Pius pp. VI. in saprarelato pontificio chirographo die 24 proxime præteriti mensis Julii obsignato executionem provisionum quarumcumque in eodem contentorum, atque a Sanctitate sua præscriptorum, tam super participatione officiorum quam super administratione reddituum universitatis pastillariorum nobis benigne commiserit; idcirco utentes facultatibus in ipso chirographo nobis tributis, omnia, et singula in eodem contenta, et expressa juxta in omnibus, et per omnia illorum formam, seriem, atque tenorem tam a memorata universitate, ejusque hominibus status ecclesiastici, regni Neapolitani, Januensibus, seu rheticis, et Novariensibus, vel cujuscumque demum ditionis sint, quam a cæteris quibuscumque, et quomodolibet interesse habentibus fideliter, et qua par est veneratione exequi volumus, et strictè mandamus, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum ex ædibus nostris hac die 10 augusti 1791.

Gregorius cardinalis dux Salviati visitator apostolicus.

Loco ✕ sigilli.

§. 12. Antonio Maria al s. Fonte Gregorio del titolo di s. Maria in Via

lata della Santa Romana Chiesa primo diacono cardinal duca Salviati prefetto della segnatura di grazia, e della venerabile chiesa, ed archiconfraternita della Madonna dell'Orto, ed università aggregate protettore, e visitatore apostolico ec. ec. ec.

protettore pro
hono regimine
universitatis.

Essendosi degnata la Santità di Nostro Signore pp. Pio VI. felicemente regnante nel chirografo segnato li 24 del prossimo passato mese di luglio a favore del ceto de'maccaronari, e fabbricatori di paste, statisti, Napolitani, e Genovesi incorporati nell'università de'vermicellari con altro chirografo della sa: me: di Clemente XIV. delli 10 settembre dell'anno 1772. di ordinare, che le cariche sì dell'università, che della chiesa siano comuni tra detti due ceti, ed essendosi degnata la stessa Santità sua nel suddetto chirografo di ordinare altresì, che dall'università non si faccia alcuna straordinaria spesa, non si assuma alcuna lite, non s'imponga alcuna tassa straordinaria senza la nostra preventiva approvazione; ed avendo noi già con altro nostro decreto a piè di detto chirografo segnato, ordinata l'esecuzione di tutto ciò, e quanto nel medesimo si contiene;

Quindi per la totale esecuzione del detto pontificio chirografo, e nostro decreto esecutoriale ordiniamo, e vogliamo, che siano essi pubblicati nella prima adunanza da tenersi per quest'effetto dalla suddetta università de'vermicellari, e maccaronari, e perciò comunichiamo a monsignor illustrissimo, e reverendissimo Castiglioni per l'effetto medesimo tutte le necessarie, ed opportune facoltà di ordinare la convocazione dell'adunanza dell'università medesima, e sovraespressa pubblicazione.

Siccome poi nella prima domenica del prossimo mese di settembre cade secondo il consueto la fissazione, ed imposizione della tassa per supplire alle spese, che per il corrente anno deve fare l'università medesima; perciò in esecuzione di detto chirografo, e decreto ordiniamo agli ufficiali di detta università de'vermicellari, e maccaronari di concludentemente giustificare al suddetto monsignor illustrissimo, e reverendissimo Castiglioni lo stato, o sia le spese da farsi dalla nominata università, acciocchè il medesimo possa colla Nostra autorità, e intelligenza, ed in nostro nome determinare la precisa quantità della tassa da imporsi per quest'anno corrente come sopra.

Confirmatio
executionis de-
creti & cardi-
nali protecto-
re.

Declinationes
edite ab eo-
dem cardinale

È finalmente in ulteriore esecuzione delli mentovati chirografo, e decreto proibiamo agli officiali medesimi fare qualunque spesa straordinaria, ed assumere qualunque lite senza espressa licenza, e permesso nostro, o di detto prelato, al quale per il totale adempimento di tutto questo, e per i casi sovraespressi comuniciamo le facultà necessarie, ed opportune; non ostante qualunque legge, uso, e consuetudine in contrario. Dato dalla nostra attuale residenza questo dì 11 agosto 1791.

Antonio Maria Gregorio cardinal
duca Salviati visitatore apostolico.

Loco ✕ sigilli.

DCCCLII.

dat. die
29. julii
1791
anno XVII.

Ut ab utroque clero civitatis, et diocesis Abulensis quotannis die v februarii officium, et missa de beato Petro Baptista martyre recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus episcopus Abulensis Nobis nuper exponi fecit, ipse ad augendam in suis clero, et populo devotionem erga beatum Petrum Baptistam unum ex xxiii. martyribus Japonensibus fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum officium cum missa ritu duplici minori alias clero sancti Stephani dictæ diocesis altiori ritu auctoritate apostolica concessum, a clero sæculari, et regulari suæ civitatis, et diocesis hujusmodi quotannis die quinta februarii recitari posse summopere cupiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et in-

terdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris: ut in posterum ab utroque clero civitatis, et diocesis Abulensis quotannis die quinta februarii officium cum missa in honorem beati Petri prædicti ritu duplici minori recitari libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non utriusque cleri prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima nona julii millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Derogatio contrariorum.

DCCCLIII.

Dat. die
20. augusti
1791
anno XVII.

Instante procuratore generali fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo exalceatorum provinciæ s. Alberti Indiarum confirmatur renunciatio ab eadem provincia facta, nec non abrogatio aliquarum legum in constitutionibus ordinis pro dicta provincia latarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-
caui.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Igoatius a sancto Joanne Baptista ordinis fratrum beatæ Mariæ de Monte Carmelo exalceatorum nuncupatorum congregationis Hispaniæ expresse professus, ac procurator generalis provinciæ sancti Alberti in Indiis ordinis, et congregationis prædictorum, quod inter cætera, quæ a novis constitutionibus eorundem ordinis, et congregationis auctoritate apostolica per Nostras in simili forma Brevis die xiv. martii millesimo septingentesimo octogesimo sexto expeditas literas confirmatis pro eadem provincia sancti Alberti disponuntur, illud in capite decimo octavo illarum tertiæ partis expresse statuitur, ut deinceps provincia hujusmodi jus, et facultatem habeat eligendi unum definitorem generalem, et cum ex antiquis constitutionibus illi unum dumtaxat ferendi suffragium in singulis capitulis generalibus pro tempore habendis jus esset, postmodum duo suffragia in capitulis hujusmodi ei tribuuntur. Cavetur præterea, ut si provincialis provinciæ prædictæ morte præveniatur, aut aliqua ex causa ab officio deponatur, itaut pro electione novi provincialis capitulum extraordinarium sit congregandum, tunc ad capitulum provinciale extraordinarium hujusmodi, quo expensis, et itineris molestiis parcatur, nisi vicarius provincialis, quatuor definitores, et priores conventuum, qui domo capitulari triginta tantum leucarum spatio distant, sint convocandi: tandem decernitur, ut ad admittendas officiorum provincialis, definitoris, aliorumque hujusmodi abdicaciones, seu renunciaciones quatuor ex quinque suffragiis, ex quibus constat definitorium, convenire debeant.

Ratio concess-
ionis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat, provincia sancti

Bull. Rom. Tom. IX.

Alberti præfata considerans, quod usus sibi concessæ facultatis, ac juris eligendi unum definitorem generalem, nec non ferendi duo suffragia in singulis capitulis generalibus, gravis potius, quam utilis sibi futurus foret, quod sumptibus ad tam longa carpenda itinera Hispaniam versus necessariis ob turbatam suorum conventuum rem familiarem satisfacere impar omnino esset, ac absentia probatorum suorum alumnorum exitiora ipsi foret, præsertim cum ex usu compertum sit, Indos, quoties in Europam deveniunt, vel mori, vel saltem ita valetudinarios fieri, ut in patriam reversis, onera suæ regularis professionis subire amplius non valeant: considerans præterea, quod si altera earundem constitutionum dispositio, ut scilicet in capitulis provincialibus extraordinariis vicarius dumtaxat provincialis, quatuor definitores actuales, ac priores conventuum, qui ultra triginta leucas a domo capitulari non distant, jus suffragii haberent, vigeret, partium studiis, proindeque innumeris perturbationibus ac incommodis causa præberetur: considerans demum quod singularis nimis, sibi que gravis esset tertia earundem constitutionum lex, ut nempe pro admittendis officiorum provincialis, definitorum, aliorumque superiorum abdicacionibus, seu renunciacionibus quatuor ex quinque suffragantibus consentire debeant, cum ab iisdem constitutionibus definitorium hujus provinciæ cæteris definitoriis æquiparetur, in quibus, prout jamdiu in eadem provincia sancti Alberti in more erat, tria ad hoc tantum sufficient suffragia. Hinc in capitulo generalis ordinis, et congregationis prædictorum in mense septembris anni transacti 1790 habito, ac in illius sessione undecima diei sextæ octobris eadem provincia sancti Alberti per suum legitimum procuratorem non solum plene juribus, ac facultatibus sibi, ut præfertur, concessis a dictis constitutionibus ferendi scilicet duo suffragia in singulis capitulis generalibus, atque eligendi sibi definitorem generalem renunciavit; verum etiam ab eodem capitulo generali valde contendit, ut alias duas dispositiones abrogaret, nupte quæ eidem provinciæ minime utiles. Quomobrem capitulum generale hujusmodi postquam omnia adducta rationum momenta maturo examine perpenderit, expostulata provinciæ prædictæ iusta, atque æqua esse cognoverit, renunciaciones præfatas admisit, probavitque

G

atque insuper decrevit, ut procurator generalis dicte provincie, qui in Hispaniis continenter commoraretur, nullo jure deinceps suffragii in capitulis generalibus, prout ei ab antiquis constitutionibus elargiebatur, potiri posset, utque de hisce omnibus a Nobis, et ab hac sancta apostolica Sede esset petenda confirmatio: pro postulata vero prefatarum legum abrogatione, quibus vel numerus vocalium in capitulis provincialibus extraordinariis cohibetur, vel quatuor ex quinque definitorii suffragiis ad admittendas officiorum abdicaciones, seu renunciaciones omnino necessaria esse sancitur, ut a Nobis pariter, et ab hac sancta Sede esset impetranda, scite constituit: Nobis propterea memoratus Ignatius procurator generalis predictus humiliter supplicari fecit, ut in premissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concisionis.

§. 3. Nos igitur cum de utilitate ac justitia expostulationum provincie sancti Alberti predictae, quae a dicto capitulo generali praevio maturo examine gesta sunt, dubitari non sinant, illius bono, quantum in Nobis est, consulere, suisque votis annuere volentes, ac omnes, et singulares illorum, quorum interest, personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, acceptationem, et admissionem abdicacionis, seu renunciacionis tum juris ferendi in singulis capitulis generalibus duo suffragia, tum facultatis eligendi sibi definitorem generalem a legitimo procuratore ejusdem provincie sancti Alberti factae, ac in convocato capitulo generali hujusmodi solemniter admissae, nec non ea, quae in illius corresponsivitate ab eodem capitulo generali subinde decreta sunt, auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Declaratio specialis.

§. 4. Praeterea attento ejusdem capituli generalis consensu, et voto, quo partium studiis in eadem provincia occasio tollatur, ac provinciae predictae

definitorium caeterarum provincialium ordinis, et congregationis praedictorum definitorii magis magisque aequiparetur, aliisque justis, ac rationabilibus de causis, praevia eorundem constitutionum abrogatione, cassatione, et irritatione in ea parte tantum, quae infra constituendis adversatur, ut deinceps etiam in provincialibus capitulis extraordinariis juxta rerum vices, et praesertim pro electione novi provincialis, quippe quia alter vel defunctus sit, vel ab officio depositus habendis omnes omnino priores conventuum dicte provinciae non secus ac in capitulis provincialibus ordinariis sint convocandi, utque pro admittendis officiorum abdicacionibus, seu renunciacionibus ad instar aliarum provincialium ordinis, et congregationis hujusmodi definitorium, et prout apud eandem provinciam jampridem in more positum erat, tria sufficiant ex quinque suffragia auctoritate apostolica harum serie sancimus, atque mandamus, statuimus, et declaramus.

§. 5. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus memoratis Nostri xiv. martii MDCCLXXXVI in simili forma Brevis expeditis literis novarum constitutionum ordinis, et congregationis praedictorum confirmatoriis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Derogatio contrariorum.

DCCCLIV.

Die die
12. Septembris
1701
anno XVII.

Translatio sedis episcopalis Gradiscanæ una cum illius capitulo de ecclesia sanctorum Petri, et Pauli civitatis Gradiscæ ad ecclesiam sancti Hilarii civitatis Goritiæ in posterum Goritensem, seu Gradiscanam nuncupandam.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. **R**ecti, prudentisque consilii ratio postulat, ut quæ a Nobis jam pridem pro assèquendo faciliiori alicubi episcopalis officii exercitio provide constituta, et ordinata fuerunt, si mutatis rerum, temporumque circumstantiis executioni tradi non posse comperitum sit, in pristinum, et opportiorem statum restituantur, prout Nos ipsi in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Expositio præcui perfecta rum ab imperatore Romanorum.

§. 2. Nuper quidem Nobis nomine charissimi in Christo filii Nostri Leopoldi secundi in imperatorem electi, ac Romanorum, Bohemæ, et Hungariæ regis apostolici dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctæ Crucis in Jerusalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Herzan de Harras nuncupatus apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentiarum exponendi in mandatis habuit, quod et si ad populorum amplissimas sibi subiectas ditiones incolentium spirituale regimen aptius procurandum, gravio-remque antiquarum pastoribus curam aliqua in parte allevandam, Nos ipsi juxta tuæ oblatas Nobis preces, prævia aliarum diœcesum episcopaliū dismembratione, oppidum Gradiscæ in civitatem, novumque illic ex integro episcopatum, Labacensi archiepiscopo suffraganeum, illiusque parochialem ecclesiam ad honorem sanctorum Petri, et Pauli jamdudum dicatam in cathedralam, sedemque episcopalem, ac pariter dignitates et canonicatus, capitulam futuræ cathedralis ecclesiæ componentes ereximus, et instituimus, aliæque plura ad novi episcopatus constitutionem, illiusque decorem disponere non omisimus, specialem illi assignando diœcesim, quam episcopus facilius, et sæpius perlostrare valeret; quæ quidem omnia in Nostris apostolicis litteris sub datum Romæ apud sanctam Ma-

Bull. Rom. Tom. IX.

riam Majorem anno incarnationis Dominicæ 1788. tertiodecimo kalendas septembris pontificatus Nostri anno quattodecimo cumulate statuta, ed ordinata noscuntur.

Nihilominus subinde innotuit in nova Gradiscana civitate illam sub titulo sanctorum Petri, et Pauli in cathedralam erectam ecclesiam, quæ in usum sedis episcopalis cum choro pro capitulo aptanda foret satis amplam non esse, neque in eadem civitate ædem pro decenti, et commoda episcopi juxta præmissas Nostras literas assidua habitatione inveniri posse.

§. 3. Canique, sicut eadem expositio addebat, præter alia diœcesi Gradiscanæ assignata loca, illorumque parochiales ecclesias illa in parte districtus olim metropolitanæ, et archiepiscopalis jam suppressæ ecclesiæ Goritiensis sub titulo sancti Hilarii in eadem civitate Goritiæ enumerata fuerit, atque in illius diœcesi comprehensa, et assignata, quæ e converso ampla est, et elegantis structuræ, sacrarumque suppellectilium copia instructa, ac primævum servat decorem; Goritiensis vero civitas illius comitatus caput nobiles et decentes pro episcopo, singulasque de capitulo ædes complectitur. Ideo pro parte ipsius Leopoldi in imperatorem electi, et regis ab eodem Francisco cardinale Nobis fait humiliter supplicatum, ut cathedralitatem, quam vocant, ecclesiæ sanctorum Petri, et Pauli civitatis Goritiæ transferre dignaremur, ad quod tam venerabilis fratris Nostri Francisci Philippi ab Iusaghi episcopi Gradiscani, quam dilectorum filiorum dignitatem, et capituli, ac canonicorum Gradiscanorum; nec non dilecti filii rectoris ecclesiæ sancti Hilarii civitatis Goritiæ expressus jam præstitus est assensus.

Ratio concessionis.

§. 4. Nos igitur, præmissis, aliisque rationabilibus causis animum Nostrum moventibus, mature consideratis, atque perpensis, et ipsius Leopoldi in imperatorem electi, et regis piis, providisque votis, ac precibus, quam libenter obsecundare volentes sedem episcopalem Gradiscanam, universumque illius capitulum, dignitates nimirum, et canonicos, ac clerum servitio cathedralis ecclesiæ adscriptum, nec non curiam ecclesiasticam ordinariam, ac jus, exercitium ecclesiastici fori pro tempore existenti episcopo Gradiscano competens, pariterque omnia judicialia acta; ac insu er una cum omnibus mensuram episcopalis Gradiscanæ, ac respe-

Declaratio circa jura sedis Gradiscanæ.

ctive capitularis redditibus, fructibus, ac proventus, insignibus, juribus, jurisdictionibus, præminentibus, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus juxta enunciatas Nostras literas episcopatus Gradiscanus, illiusque capitulum frui, et gaudere debeant.

Ecclesia s. Hilarii civitatis Goritiensis restituitur ad titulum parochialem.

§. 5. Ad Goritiensem civitatem, atque ad ecclesiam sancti Hilarii, cujus collativus titulus per hæc extinctus manet, sed parochialis, ut antea esse debet, de apostolica Nostræ potestatis plenitudine presentium Nostrarum literarum vigore in perpetuum transferimus, et loco prioris ecclesie sanctorum Petri, et Pauli Gradiscæ plenarie subrogamus, et commutamus.

Exemptio episcopi, et capituli a residentia Gradiscana

§. 6. Præterea episcopum Gradiscanum, illius capitulum, dignitates, et canonicatus a quavis in civitate Gradiscæ residentia penitus eximentes, Goritiensem civitatem pro assidua episcopali residentia constituimus; ecclesiamque sancti Hilarii omnibus juribus, honoribus, insignibus, et prærogativis, quibus usque modo cathedralis ecclesia sanctorum Petri, et Pauli Gradiscæ de jure, aut ex indulto, vel privilegio gaudet, et gaudere poterit, pariformiter uti, frui, potiri et gaudere debere jubemus, et volumus. Hac statuta translatione, quæ episcopalis, et ecclesiastici ordinis præferret decorem, et divini cultus argumentum expresse declarandum duximus integrum diocesis ambitum episcopo Gradiscano pro tempore existenti ex ipsis Nostris literis designatum illi ut antea ordinario jure subesse debere.

Inmutatio nominis ecclesie cathedralis.

§. 7. Verum ecclesiam cathedralem, quæ usque modo Gradiscana tantum denominata fuit, deinceps Goritiensem, seu Gradiscanam fore nuncupandam, atque nuncupationem hujusmodi ab episcopo pro tempore existente in omnibus actis, publicisque monumentis adhibendam, et servandam esse decernimus.

Ecclesia ss. Petri, et Pauli de rectoribus provideatur.

§. 8. Cæterum in ecclesia cathedrali sanctorum Petri, et Pauli Gradiscæ per presbyterum curatam animarum cura, ut prius exerceatur, sacrisque sufficienter provisiva illa sit ministris, qui verbum Dei populo annuntiant, et sacramenta ministrent; adeo ut ex translatione hujusmodi nullam Christifideles civitatem illam incolentes spirituale detrimentum sentiant, et patiantur.

§. 9. Itidem ad hoc, ut extincto ecclesie sancti Hilarii titulo collativo, et amoto illius rectore animarum cura eidem ecclesie alias assignata minime destitatur, sed illis amplius consultum sit, eidem episcopo committimus, ut ipse pro sui zelo, et prudentiæ idoneos, probosque seligat presbyteros, qui tanto muneri assidue incumbant. E contra vero quia rector sancti Hilarii ob tituli collativi illius ecclesie extinctionem, cui assensum, ut præfertur, præbuit, suis proventus, et emolumentis ab ea hæcenus perceptis destitutus esset ad illius indemnitati occurrendum volumus, quod eidem moderno rectori annua pensio, quæ proventus, et emolumentis prædictis æquivalet, ejus vita naturali durante, ex fundis illi ecclesie pertinentibus percipienda assignetur, et persolvatur, vel ab ipso Leopoldo in imperatorem electo, et rege suppeditanda sit similis annua summa, donec aliunde de aliquo beneficio ecclesiastico annui non minoris redditus minime fuerit ei facta collatio.

Idipsum decernitur pro ecclesia s. Hilarii.

§. 10. Deinceps per presentes concedimus, et indulgemus, ut episcopus ipse, et capitulum, ac dignitates, et canonici per se ipsos, aut alium, seu alios eorum respective nomine veram, realem, et corporalem possessionem ecclesie sancti Hilarii anire et apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, illaque uti et gaudere possint, et valeant, ac debeant, et teneantur, prout in enunciatis Nostris literis quoad ecclesiam sanctorum Petri, et Pauli Gradiscæ illis impertitum fuerat.

Jus accipere ad possessionem de ecclesia s. Hilarii.

§. 11. Præsentes vero Nostras literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit firmiter, et inviolabiliter observari debere; ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, pia, privilegiata, ac speciali nota digna, etiam ex eo quod causæ propter quas præsentes emanaverint adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, et inexcogitato defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex alio quocumque capite notari, in-

Adversus executionem literarum omnium remedium juris submouetur.

pugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperi- tionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris reduci; neque easdem presentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi; sicque et non alias per quoscumque iudices ordi- narios, vel delegatos quavis aucto- ritate fungentes, etiam causarum pa- latii apostolici auditores, ac Sanctæ Ro- manæ Ecclesiæ cardinales etiam de la- tere legatos, viceque legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri de- bere, irritumque et inane si secus su- per his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit at- tentari.

Derogatio con-
tracorum.

§. 12. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliis- que in contrarium præmissorum etiam in synodalibus, provincialibus, genera- libusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutio- nibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis personis, et ec- clesiis concessis, confirmatis et inno- vatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, illorumque totis te- noribus, ac data specialis mentio fie- ret; aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujus- modi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tra- dita observata, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis ha- bentes illis alias in suo robore perman- suris hac vice dumtaxat ad præmissorum omnium validissimum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæ- terisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poe-
nalis.

§. 13. Nulli ergo omnino homi- num liceat paginam hanc etc. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo primo pridie idus septembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLV.

Redintegratio, seu nova erectio epi- scopalis ecclesiæ Tergestinæ.

Pius episcopus
Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**d supremum militantis Ec-
clesiæ regimen licet Nostris viribus im-
par, nullisque Nostris suffragantibus
meritis a summo ecclesiarum omnium
pastore Christo Domino misericorditer
constituti debitum injuncti muneris se-
dulo adimplere cupientes, quid uni-
versi gregis necessitas, civitatum de-
cor, civium commoditas, præsertim
vero animarum salus requirat, quidquid
ad majas divini cultus incrementum,
et Christifidelium felicitatem, auxilium
præbere valeat, sollicita mentis conside-
ratione revolventes, dum horum tem-
porum pravitatem ingemiscimus, ma-
ximeque animi Nostri merore nova
dogmata non sine ingenti animarum
discrimine impune grassari videmus,
crescentem in agro Dominico zizaniam,
quam inimicus homo superseminavit,
eradicare, tantisque occurrere viriliter
aditumur, cum potissimum divina fa-
vente gratia votis Nostris pia quoque
magnum principum desideria jungan-
tur, qui catholicæ religionis hostes de-
struere, ac subditorum suorum pro-
speritati, et animarum saluti prospice-
re studentes episcopales ecclesias ju-
xta locorum, ac temporum opportu-
nitatem, vel de novo erigi, vel in
pristinum statum redintegrari postu-
lent, ut præsulam doctrina, et vigi-
lantia non modo fideles populi in of-
ficio contineantur, ac nova capiant in-
crementa virtutum; verum etiam catho-
licæ fidei propagatio, ac supremi numi-
nis gloria, quantum fieri possit magis,
magisque augeatur. Ut igitur spiritali
ovium bono, et incolumitati opitulante
Domino consulamus ex pastoralis
officii munere eorum piis desideriis
annuimus, et petitionibus libenter in-
dulgemus.

§. 2. Cum itaque sicut nomine,
et ex parte charissimi in Christo filii
Nostri Leopoldi secundi Romanorum,
Bohemiæ, et Hungariæ regis aposto-
lici in imperatorem electi nuper dile-
ctus filius Noster Franciscus tituli sanctæ
Crucis in Hierusalem Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Her-

Dat. die
12. septembris
1791
anno XVII.

Proemium.

Expositio præ-
cum porrecta-
rum a rege
apostolice pro
nova erectione
obtinenda.

zan de Harras nuncupatus ejus apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentarius Nobis exposuit, ipse Leopoldus imperator et rex, quem prout catholicum principem decet inter graviora quibus undique premitur sæcularia studia, spiritualis quoque subditorum suorum utilitatis, atque salutis procurandæ, divinique cultus promovendi, augendique sollicitudo magnopere tenet animo expendens, quod civitas Tergestina, quæ plurimum sæculorum spatio ad hanc novissimam usque ætatem episcopali cathedra splenduit, portu, et emporio insignis, ac singulari commercio hisce præsertim temporibus aucta in litorali Austriaco, et in ea posita Istriæ parte, quæ Carniolæ ducatus finitima existit, quæque mille, et ultra domus, et quindecim mille incolas, seu habitatores, inter quos complures numerantur familiæ tam generis nobilitate, quam literis, et armis conspicuæ, propriis redditibus decore viventes complectitur, et in qua pro suarum majori honorificentia, et prærogativarum cumulo inter cæteras ecclesias, nec non sanctimonialiam, et virorum cœnobium sancti Josti martyris antiquæ structuræ, quæ antehac cathedralis Tergestine nuncupatæ existit; mox vero de anno scilicet Domini millesimo septingentesimo octuagesimo octavo supplicante tunc claræ memoriæ Josepho eo nomine secundo dum viveret eorundem Romanorum Bohemiæ, et Hungariæ rege apostolico in imperatorem electo per Nostras literas apostolicas sub datum tertio decimo kalendas septembris pontificatus Nostri anno quartodecimo expeditas perpetuo suppressa, novæque episcopali ecclesiæ Gradiscanæ tunc similiter apostolica auctoritate perpetuo erectæ supposita, et incorporata remansit, et ad statum mere parochialis ecclesiæ redacta reperitur spectatis incommodis inde subortis mereatur quidem numeris omnibus ad pristinum civitatis, et respective ecclesiæ episcopalis splendorem restitui; vehementer propterea exoptat ad hoc præsertim, ut ecclesiastica ibi disciplina excitetur, simulque pastorum in exercitio curæ animarum operam allevando spirituali populorum necessitati occurratur, civitatem ipsam Tergestinam unâ cum suis territorio, et diœcesi ab eadem ecclesia Gradiscana perpetuo, ut infra per Nos, et Sedem apostolicam dismembrari, atque ad proximam civitatis, et prævia ipsius parochialis ecclesiæ sic erectæ suppress-

sione, et extinctione, illam pariter ad cathedralis ecclesiæ, et respective sedis episcopalis veterem conditionem mediante infrascripta rerum dispositione iterum evchi.

§. 3. Nos igitur, quibus de cætero post hujusmodi a præfato Francisco cardinali susceptam instantiam præclara, atque indubia pietatis dicti Leopoldi imperatoris, et regis argumenta docentem ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et ejusdem Sedis apostolicæ nuncio in civitate Viennensi Austriæ commorante vigore decreti Nostri sub die decima nona mensis maii currentis anni editi super ipsius expetitæ dismembrationis, ac suppressionis, novæque cathedralis ecclesiæ erectionis, tam necessitate, tum etiam utilitate confecto, ac nuperrime ad urbem transmissio plane constitit, quod si præmissa a prædicto Leopoldo imperatore, et rege tam provide excogitata per Nos, ut præfertur, et Sedem apostolicam prædictam executioni demandarentur, ac fierent, pluribus revera incommodis obviarentur, et civitate huiusmodi apud externos omnes ad inclytam sui nominis, et originis famam, auctoritatemque restituta divini cultus honor, et reverentia novum ibi acciperet incrementum, ac utrique populorum scilicet, et pastorum eorundem utilitati, et levamini cum orthodoxæ religionis profectû per opportunè consultum foret. Atque attendentes, quod venerabilis frater Noster episcopus Gradiscanus, nec non dilectus etiam filius modernus ejusdem parochialis ecclesiæ rector ad hoc tanti momenti opus rite perficiendum respective accedentes, præmissis omnibus æquo animo consenserunt votis, et petitionibus dicti Leopoldi imperatoris, et regis firma in spe, quod quem Dominus, ut scuto bonæ voluntatis me coronavit in terris ad majora semper, atque utiliora in Ecclesia sancta, cuius ipse primus est fulcimentum promovenda inceadatur, obsecundare, et hæerere volentes.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine ab ecclesia, et diœcesi Gradiscana civitatem Tergestinam supra dictam, nec non usum circulares Tergestinum; ac aliam etiam circulares Pisinum; ac aliam quoque circulares Hrenovicensem; ac aliam etiam ruralem Petiensem; ac etiam ruralem Chersanensem; ac aliam similiter ruralem Louzanensem; ac aliam itidem ruralem Dellianensem, nec non reli-

Judicium ad rem latum a nuncio apostolico Viennensi

Dismembratio civitatis Tergestine, et circuli Tergestini a diœcesi Gradiscana, cum descriptione loco, uno adnexorum.

quum pariter ruralem Teschanensem respective nuncupatos decanatus. Ac subæa, et eis respective comprehensas primodictam sancti Justi martyris, ut infra suppressendam, aliasque inferias singillatim exprimeudas parochiales ecclesias, et ab earum quolibet parocia dependentes, seu ad illas respective spectantes curatias, vulgo nuncupatas, nec non cappellanas, et ad utrasque itidem respective pertinentes filiales ecclesias, ac unum congregationis Mechitaristicæ nuncupatæ nationis Armenæ; ac aliam sancti Cypriani monialium ordinis sancti Benedicti; ac aliam fratrum ordinis sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Tergesti, ac reliquum conventus ordinis ejusdem sancti Francisci fratrum minorum nuncupatorum strictioris observantiæ Pisini in Istria, et alia quæcumque, et quovis nomine nuncupata sæcularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, si quæ sint, attenta formali cessione de illa, et illis a præfato episcopo Gradiscano, nec non dilectis pariter filiis modernis capitulo, et canonicis ipsius ecclesiæ Gradiscanæ, ut accepimus, sponte et libere facta apostolica auctoritate prædicta perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

Revocatio tituli ecclesiæ parochialis s. Justi.

§. 5. Dictamque parochialem ecclesiam sancti Justi sic noviter, ut præfertur, erectam, illiusque titulum collativam, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiæ collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, ac de cætero ut talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illa quovis modo etiam prævio concursu disponi amplius nequeat, et si illam deinceps ullo unquam tempore conferri, vel impetrari, seu alias, ut præfertur, de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, expresso ad hoc ejusdem moderni dicte parochialis ecclesiæ rectoris accedente consensu prædicto ex nunc eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo suppressimus, et extinguimus.

Indemnitates concessæ parochiæ suppressæ parochialis ecclesiæ.

§. 6. Et ad hoc ut ipse super indemnitate dicte parochialis ecclesiæ, sic per Nos, ut præfertur, suppressæ, et

extinctæ rector de illius per eum etiam, ut præfertur, abdicatis redditibus indemnitate, accipiant sibi pensionem annuam ab omnibus, et quibuscumque oneribus quocumque nomine nuncupatis nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponendis, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quod omnia liberam, imminuam, et exemptam, quæ fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem parochialis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ æquivalent, per illius nuper rectorem præfatum, donec ipse vixerit, et ex fundis dicte sic suppressæ, et extinctæ parochialis ecclesiæ jam, ut pariter accepimus, assignatis percipiendam, erigendam, et levandam, ac in suos usus, et utilitatem convertendam, seu sibi a prædicto Leopoldo imperatore, et rege quovis alio modo, donec aliunde de aliquo beneficio ecclesiastico annui quidem redditus non minoris canonice sibi provisum fuerit annuatim suppeditandam dicta apostolica auctoritate reservamus, constituimus, et assignamus.

§. 7. Deinde vero civitatem Tergestinam sic dismembratam, divisam, et separatam hujusmodi ad civitatis episcopalis honorem, quo antea decorata extitit eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque restituimus, et plenarie reintegramus, et quatenus opus sit illam in civitatem episcopalem Tergestinam, ut antea nuncupandam cum omnibus suis juribus, honoribus, et prærogatiis, quibus aliæ civitates pontificati sede insignitæ in dominio Austriaco existentes, earumque cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, nec non in parochialem ecclesiam sancti Justi martyris per Nos, ut præfertur suppressam, et extinctam hujusmodi in cathedralem ecclesiam Tergestinam nuncupandam sub eadem sancti Justi martyris invocatione archiepiscopo Labacensi pro tempore existenti suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam, qui etiam parochialis ut antea existat.

Restitutio civitatis Tergestine ad honorem civitatis episcopalis, cum suis privilegiis.

§. 8. Et in ea sedem, et dignitatem episcopalem pro utro deinceps episcopo Tergestino etiam nuncupando, qui eidem ecclesiæ, illiusque civitati Tergestine prædictæ, ac diocesi, ut infra constituendæ præsit, abbates inferiores prælatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et

Reintegratio sedis episcopalis.

exerceat, cum suis capitulo infrascripto, sigillo, arca, mensa episcopali, cæterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, ac personalibus, ac mixtis, quibus cæteræ cathedrales ecclesiæ in temporalibus prædicto dominio Austriaco subjectæ, earumque præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Erectio novi capituli in ecclesia cathedrali.

§. 9. Ac in ipsa cathedrali ecclesia Tergestina unam præposituram, quæ post pontificalem hujusmodi major, ac uno canonicatu, et una præbenda pro uno presbytero futuro canonico præposito nuncupando, qui caput infrascripti capituli existat, iisque gaudeat præeminentiis, quæ sibi de jure competere possunt, ac debent. Ac unam decanatum, qui secunda inibi respective dignitates existant cum alio itidem canonicatu, et alia præbenda eisdem dignitatibus invicem perpetuo respective unitis existituris pro uno canonico decano nuncupando; ac reliquos tres canonicatus, totidemque præbendas, quorum, et quarum uni vicarii in spiritualibus generalis pro tempore futuri episcopi Tergestini munus incumbat pro tribus aliis futuris ejusdem cathedralis ecclesiæ Tergestine mere canonicis illius capitulum, penes quod cura animarum dilectorum quoque filiorum parochianorum dictæ parochialis ecclesiæ, quæ ut antea etiam parochialis existat, ut præferatur, principaliter, et cum infrascriptis vicariis, ut infra exercenda resideat, constituentibus, similiter cum choro, stallo, arca, mensa capitulari, et sigillo communibus, aliisque signis, et insigniis, prærogativis, et gratiis, quibus aliarum ecclesiarum cathedralium illarum partium respective capitula quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut simili privilegio particulari etiam utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent de præsentibus, atque uti, frui, potiri, et gaudere possent, et poterunt in futurum; nec non quatuor perpetuas personalem tamen residentiarii requirentes, et infrascriptam animarum curam exercendi onus adnexum habentes vicarias, beneficiatus nuncupandas pro totidem presbyteris futuris pariter ejusdem cathedralis ec-

clesiæ Tergestinae vicariis perpetuis beneficiatis nuncupandis, quibus præter servitium chori una cum aliis clericis, et presbyteris præbendam non habentibus eidem cathedrali ecclesiæ in divinis præstandum opus quoque curam animarum parochianorum hujusmodi una simul cum supradictis canonicis exercendi respective incumbat, ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, beatissimæque virginis Mariæ, ac prædicti Justi martyris honorem, fideique catholicæ exaltationem apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo de novo erigimus, et institimus.

§. 10. Volentes quod futurus episcopus Tergestinus in dicta cathedrali ecclesia per Nos de novo sic erecta unam theologalem, ac alteram pœnitentiarum respective nuncupandas præbendas ad præscriptum concilii Tridentini instituat, ejusdem futuri episcopi conscientia super hoc onerata remanente.

Onus episcopo impositum erigendi præbendas theologalem, et pœnitentiarum.

§. 11. Ac insuper ut præfate episcopali ecclesiæ Tergestinae per Nos reintegratæ, ac de novo, ut præferatur, erectæ diœcesis, nec non clerus, et populus constitui possit supradictam civitatem Tergestinam, nec non unum decanatum circularem Tergestinum nuncupatum, et sub eo respective comprehensas parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas videlicet = Unam beatæ Mariæ virginis Tergesti in civitate Veteri, et aliam sancti Antonii Patavini in civitate Nova Theresiana nuncupata, et aliam sancti Bartholomæi Obchivensis, ac aliam sancti Joannis Baptistæ in Rodigg, et aliam sancti Petri apostoli in Povit, ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias hujusmodi etiam sancti Petri apostoli in Tomat respective oppidis, seu locis existentes, nec non alium decanatum circularem Pisinum itidem nuncupatum, ac sub eo similiter comprehensas parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas, scilicet, unam sancti Nicolai Pisini seu Mitterburg, ac aliam sancti Georgii in Pisin Vecchio, ac aliam sancti Petri in Sylvis, ac aliam sancti Michaelis Gimioi, ac aliam sanctorum Petri, et Pauli Corridici, ac aliam sanctorum Simonis, et Judæ Antigone, ac aliam beatæ Mariæ virginis Terysi; ac aliam sancti Martini in Vermo; ac aliam sancti Michaelis Zumesci; ac aliam sancti Marci Gashierge; ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias hujusmodi beatæ Mariæ virginis Gherdoselle respective

Constitutio nove diœcesis Tergestine nuncupandæ.

nuncupatas. Ac alium decanatum circulare Hrenovicensem itidem nuncupatum, et sub eo pariter comprehensas parochiales ecclesias, seu parœcias etiam infrascriptas, nempe unam sancti Martini in Hrenoviçz; ac aliam sancti Stephani protomartyris in Allesbergh seu Postoine; ac aliam beatæ Mariæ virginis Slavine; ac aliam sancti Stephani Cossane; ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias hujusmodi sancti Bartholomei in Senosete respective oppidis, seu locis existentes etiam respective nuncupatas. Ac alium decanatum ruralem Petinensem similiter nuncupatum, et sub eo quoque comprehensas alias parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas videlicet; unam beatæ Mariæ virginis Pedene, ac aliam sanctissimæ Trinitatis in Cepich; ac aliam sancti Georgii in Berlo; ac aliam sancti Joannis Baptiste in Cherbune; ac aliam sancti Viti Galligane; ac aliam sanctorum Petri, et Pauli Gallogorize; ac aliam sanctorum Hermagoræ, et Fortunati Lindari; ac aliam sancti Michaelis in Novacco; ac aliam beatæ Mariæ virginis in Cerouglie; ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias hujusmodi sanctorum Cosmæ, et Damiani Chersicle respective nuncupatas terrarum, seu locorum. Ac alium decanatum etiam ruralem Chersanensem nuncupatum, et sub eo itidem comprehensas parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas scilicet, unam sancti Antonii abbatis Chersani; ac aliam sancti Rochi in Paas; ac aliam sancti Georgii Bogliani; ac aliam sanctorum Petri, et Pauli Uragne; ac aliam sancti Martini in Lupoglan, seu Dolegnavass; ac aliam sanctorum Petri, et Pauli in Lumberg; ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias præfatas beatæ Mariæ virginis in sancto Ivannazz respective nuncupatas, etiam respective oppidis, seu locis existentes. Ac alium decanatum quoque ruralem Lonzanensem nuncupatum, et sub eo pariter comprehensas alias parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas videlicet = Unam sancti Georgii Louzane; ac aliam sanctæ Helenæ Castue; ac aliam sancti Marci in Veprinaz; ac aliam sancti Andree Moschinizze; ac aliam sancti Georgii in Bercecz; ac aliam sancti Adriani Cosgliaci; ac aliam sancti Silvestri Surguevizz; ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias hujusmodi sancti Spiritus in Villanova respective nuncupatis oppidis, seu locis

etiam respective existentes. Ac alium decanatum similiter ruralem Dolinensem nuncupatum, et sub eo comprehensas parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas scilicet = Unam sancti Udalrici Dolline, ac aliam sancti Stephani Bresovidz, nec non reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias præfatas beatæ Mariæ virginis in Urem respective nuncupatas, respective quoque terrarum, seu locorum; nec non reliquam decanatum similiter ruralem Therschanensem pariformiter nuncupatum, et sub eo comprehensas reliquas quatuor parochiales ecclesias, seu parœcias infrascriptas, nempe unam beatæ Mariæ virginis Telshane; ac aliam sancti Petri apostoli in Dornegg, seu Ternove; ac aliam sancti Chrisogoni Hrushirza, ac reliquam parochiales ecclesias, seu parœcias hujusmodi sancti Hieronymi Clane respective nuncupatas; nec non omnes, et singulas curatias ad easdem supradictas parœcias respective spectantes videlicet, unam Sylvule; ac aliam Basovize; ac aliam sanctæ Crucis; ac aliam Reppentabor; ac aliam sancti Petri; ac aliam Resderte; ac aliam Barcole; ac aliam Lippizze; ac aliam Seshane; ac aliam Auher; ac aliam Studeno; ac aliam Ubelsko; ac aliam Cattiare; ac aliam Caotoressi; ac aliam Divazze; ac aliam Scoppe; ac aliam Nusdorff; ac aliam Sagurie; ac aliam Grozzane; ac aliam Dismagne; ac aliam Muae; ac aliam Podraje; ac aliam Pregarie; ac aliam Corgnal; ac aliam Vodizze; ac aliam Slivie; ac aliam Bergaud, ac aliam Harie; ac aliam Starede; ac aliam Clanez; ac aliam sancti Lanciani, ac aliam Bothul; ac aliam Kneshak; ac aliam Prém; ac aliam Gollatz; ac aliam Scopljan; ac reliquam curatias superius expressas Sazaretz respective nuncupatas; nec non cappellanias noviter designatas, scilicet in Cernotich, et Suhorie, et Brosza, et Feichi, et sanctæ Catharinæ in Campo Pedenensi, et Sottomare, et Porn, et Gushak, et Cerre, et sancti Mathiæ, et Volosca, et Lippa, et Vatoule, et Gradigne, et Milotichi; et Rukavaz, et Zamet respective nuncupatis oppidis, seu locis, omnesque pariter, et singulas filiales ecclesias ad easdem parœcias, ac curatias hujusmodi respective pertinentes; nec non unum congregationis Mechitaristicæ nuncupatæ nationis Armenæ; ac aliam sancti Cypriani monialium ordinis sancti Benedicti; ac alium fratrum ordinis sancti Francisci conven-

tualium nuncupatorum, respective Tergestini; ac reliquum conventus fratrum ejusdem sancti Francisci minorum nuncupatorum strictioris observantiae Pisini in Istria, et alia quaecumque, et quovis nomine nuncupata saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia hujusmodi si quae sint, ut praefertur, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis ab ecclesia, et diocesi Gradiscana hujusmodi per Nos, ut praefertur dismembratam, dismembratas, dismembratos, et dismembrata, et in iisdem civitate, decanatus, parochiis, curatiis, ac filialibus ecclesiis, nec non conventibus praefatis respective consistentes utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos presbyteros beneficiatos, et religiosos quoscumque non tamen exemptos cujuscumque gradus, status, ordinis, et conditionis existant (illos omnes, et singulos ab ordinaria ipsius moderni, cujus etiam ad hoc expressus accedit assensus, et pro tempore existentis episcopi Gradiscani jurisdictione, potestate, et superioritate dicta apostolica auctoritate perpetuo sejungentes, et eximentes) novae ecclesiae episcopali Tergestinae, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, diocesi ubi ipse residere debet, nec non clero, et populo pari auctoritate apostolica etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac respective ordinariae dicti pro tempore futuri episcopi Tergestini jurisdictioni, potestati, et superioritati; ita quod liceat personae eidem ecclesiae Tergestinae tam nunc a primaeve illius erectione, et institutione, ut praefertur, factis hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendae per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, corporalem, et actualem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diocesanum in dicta civitate Tergestina, ac in omnibus decanatus, parochiis, curatiis, filiabus ecclesiis, ac conventibus, ac in singulis locis, seu oppidis supradictis propria auctoritate libere, et licite apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis episcopi Gradiscani, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita simili apostolica auctoritate eidem perpetuo suppominus, atque sabificimus.

§. 12. Ac praeterea mensae episcopali Tergestinae per Nos, ut praefertur, de novo erectae hujusmodi pro illius dotatione, et ad hoc ut idem pro tempore futurus episcopus Tergestinus statum suum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam decenter tenere valeat annuam summam sex millium florenorum Rheneasiam a praedicto Leopoldo imperatore, et rege eidem futuro Tergestino episcopo jam ut pariter accepimus in partibus assignatam, eamque ab omni, et quocumque onere tunc imposito, et pro tempore quomodolibet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia prorsus liberam, immunem, et exemptam; ita ut idem Leopoldus imperator, et rex pro eo quod expensas consistorii, illiusque expeditionis respicit liberaliter, ut quoque accepimus, aliunde prospexerit eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, et appropiamus; ipsique pro tempore futuro episcopo Tergestino pro sui decenti habitatione aedificium collegii olim ad clericos regulares societatis Jesu nuncupatae apostolica auctoritate suppressae spectans, ac prope dictam parochialem ecclesiam per Nos, ut praefertur suppressam, et extinctam, et in cathedralem ecclesiam hujusmodi de novo etiam, ut praefertur, erectam existens, et ad praedictum habitationis effectum jam ab ipso Leopoldo imperatore, ac rege designatum pari apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, atque attribuimus. Ac ulterius, ut dignitates, ac canonicatus, et praebendae, nec non praefatae vicariae, ejusdem cathedralis ecclesiae Tergestinae per Nos, ut praefertur, de novo erectae et institutae de congrua respective etiam dotatione provideantur, illosque, et illas, pro tempore respective obtinentes onera eis, et eorum cuilibet respective incumbantia supportare valeant. Dictae praepositurae, eique annexo praefato, videlicet unam mille, ac dicto decanatus, eique pariter annexo canonicatibus aliam octingentorum. Ac unum ex eisdem tribus, cui unus vicarii generalis hujusmodi, ut praefertur, incumbet (praebenda simul, et munere praefato comprehensis in omnibus) aliam mille sexcentorum. Ac reliquis duobus respective canonicatibus, ut praefertur erectis praedictis utriusque eorum videlicet aliam sexcentorum. Uniusque vero ex quatuor vicariis similiter, ut praefertur, erectis hujusmodi reliquam

Dotatio mensae episcopalis, et capitularis.

respective annuas summas biscentum quinquaginta florenorum Rehenensium parium ab eodem Leopoldo imperatore; et rege jam pariter, ut quoque accepimus; constitutas pro illorum, et illarum respective præbenda dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo respective incorporamus, et assignamus, eisdemque futuris capitulo, et canonicis ejusdem cathedralis ecclesiæ Tergestinæ; ut præfertur erectæ pro tempore extituri, ut ipsi pro dictæ cathedralis ecclesiæ sic erectæ, illiusque chori, capituli, illorumque rerum, bonorum, et jurium quorumcumque tam spiritualium, quam temporalium prospere, felicique gubernio, regimine, ac directione, nec non onerum illis respective incumbentium supportatione, ac divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione; nec non distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, repartitione, ac perceptione; ac penarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbencia subire negligentes incurrendarum incursum; ac singulorum præsentis, et absentis notandis.

§. 13. Nec non cæremoniis, ac ritibus in dicta cathedrali ecclesia sicut præfertur, erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus, ac aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa præmissa quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversantia, et per ipsum pro tempore extiturum episcopum Tergestinum prius examinanda, et approbanda edere, atque edita declarare, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, ac alia de novo etiam ex integro eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini præfati minime adversantia, ac ut præfertur per eundem pro tempore futurum episcopum Tergestinum similiter examinanda, et approbanda, et per eos ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub penis in contrafacientes statuendis etiam edere, et concedere libere, et licite valeant, plenam, liberam, et omni-

Bull. Rom. Tom. IX.

modam facultatem, potestatem, et auctoritatem apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

§. 14. Ac demum eidem Leopoldo imperatori, et regi, ejusque in regnis hujusmodi successoribus pro tempore existentibus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti ad dictam ecclesiam Tergestinam hujusmodi, tam hac prima vice ab ejus redintegratione, seu nova illius erectione, et institutione Nobis, ut præfertur, factis pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio hujusmodi destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem præfatum ad nominationem, seu presentationem hujusmodi prædictæ ecclesiæ Tergestinæ in episcopum præficiendam pari prorsus modo quo ad nominationem, seu presentationem eandem cæteri episcopi ecclesiarum in dominio Austriaco existentium ab apostolica Sede præfici consueverunt, nec non aliud quoque jus nominandi, seu præsentandi ad præposituram, et decanatum, eisque respective annexis, et cæteros canonicatus, et præbendas, nec non vicarias ejusdem cathedralis ecclesiæ Tergestinæ per Nos, ut præfertur, erectos, et erectas hujusmodi, tam pariter hac prima vice, et a primæva illorum, et illarum erectione prædicta, quam etiam deinceps quodcumque, et quotiescumque illas, et illas de cætero quibusvis modis, et ex quorumcumque personis etiam Nostris, et Romani pontificis pro tempore existentis prædicti, seu quorumvis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, et continuis commensalibus, seu Romanæ curiæ officialibus, aut alias qualitates, reservationem, et affectionem inducentes habentibus, seu per liberas etiam ex causa permutationis respective resignationes de illis in Romana curia præfata, vel extra eam quomodolibet respective factas, et admissas, aut assecutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, seu illos, et illas pro tempore respective obtinentium in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, præfato, ac eidem Sedi apostolicæ reservatis decesum, vel quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, privationem, religio-

Reservatio juris nominandi episcopum, et canonicos favore regis apostolici.

Concessio juris concedendi statuta pro capitulo.

nis ingressum, et professionis in ea emissionem, matrimonii contractum, aut alias quomodocumque, et qualitercumque vacare contigerit coram ordinario loci personas idoneas, et quo ad vicarias hujusmodi per eundem loci ordinarium ad curam animarum exercendam approbatas in eisdem prepositura, decanata, et respectu ad annexis, ac ceteris canonicatibus, et prebendis, nec non vicariis, ut preferatur erectis hujusmodi ad nominationem, seu presentationem hujusmodi per ipsum loci ordinarium respective instituendas apostolica auctoritate prefata similiter perpetuo reservamus.

Jus regis reservatur etiam pro quacumque futura derogatione, aut immutatione.

§. 15. Ad dictam jus nominandi, seu presentandi, tam ad prefatam ecclesiam Terrestinam, quam ad dignitates, ac canonicatus, et prebendas, nec non vicarias per Nos, ut preferatur, erectam, et erectos hujusmodi regium existere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, et roboris firmitatem juris nominandi, seu presentandi regii hujusmodi obtinere, ac ut tale sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione etiam per viam constitutionis legis, regulæ cancellariæ apostolicæ, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendendi, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa derogari posse, neque debere, ac collationes, provisiones, et quasvis alias dispositiones, de dignitatibus, et canonicatibus, et prebendis, ac vicariis per Nos, ut preferatur, erectis hujusmodi absque ipsius Leopoldi imperatoris, et regis, ejusque successorum predictorum consensu, seu nominatione pro tempore factas, processusque desuper habendos, ac inde sequenda quacumque nulla, et invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore et esse, ac pro nullis, et infectis haberi, neque jus, aut coloratum titulum possidendi cuiquam per illa tribui posse dicta apostolica auctoritate decernimus.

Quodcumque juris remedium quod facere possit adversus executionem presentis motus proprii submovetur.

§. 16. Ac insuper presentem Nostram motam propriam, easdemque presentes semper, et perpetuo validum, et efficacem, ac validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica,

legitima, ac privilegiata etiam ex eo, quod causæ propter quas eadem presentes emanaverint adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, ac inexcogitabili, ac specialem, et individua mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimplenda non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, aut consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque lésionis, aut quocumque alio colore, pretextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod devoluntate Nostra hujusmodi, et aliis superioribus expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illum, et illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu pari, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine concessio, et impetrato, vel emanato quempiam anti, seu sejuvari in iudicio, vel extra illud posse, neque debere, neque presentem Nostram motam propriam hujusmodi, easdemque presentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque litteras, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas, quodcumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summum apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem presentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum eden-

has comprehendi; sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutum repositum, et plenarie reintegratum; ac restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse:

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum apostolici palatii auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis apostolicæ nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, potestate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definiri debere; irritum quoque decernimus, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, nec non ab ecclesiis membra dividi, ac distingui, et beneficia ecclesiastica unius diœcesis alteri diœcesi uniri prohibentis, ac quibusvis aliis in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodaliibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque; et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudinæ similibus, et potestatis quomodolibet etiam consistorialiter, aut alias etiam pluries concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma

ad hoc servanda foret, eorum tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, præsentibus inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium, et singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu, scientia, et potestatis plenitudinæ paribus harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 19. Volumus autem, quod dicta episcopalis ecclesia Tergestina, de novo, ut præfertur erecta, ad trecentos florenos auri de more taxetur; quodque hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ respective describi debeat. Nos autem per easdem præsentibus supradictum nuncium in civitate Viennensi Austriæ hujusmodi, ut præfertur, commorantem in executorem earundem præsentium quoad illarum executionem tantum cum plena, et libera quacumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegandi facultatem, motu, scientia, et potestatis plenitudinæ similibus eadem apostolica auctoritate deputamus; eidemque nuncio, seu personæ ab eo sic subdelegandæ præfatæ facultatem pariter, ut ipsi, seu eorum alter integram præmissorum omnium, et singulorum observantiam præcipere, nec non super quacumque oppositione in ipsius executionis actu adversus eadem præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen quæ fuerint de jure servanda etiam definitive pronuciare libere, ac licite valeant, ac respective valeat, motu, scientia, et potestatis plenitudinæ paribus eadem apostolica auctoritate concedimus, et impartimur.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ apostolicæ.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, divisionis, separationis, suppressionis, extinctionis, reservationis, constitutionis, assignationis, restitutionis, reintegrationis, erectionis, institutionis, voluntatis, sejunctionis, exemptionis, concessionis, assignationis, suppressionis, subjectionis, applicationis, appropriationis, posterioris concessionis, attributionis, incorporationis, ulterioris etiam assignationis, facultatis impartitionis, ac posterioris quoque reservationis, decreti,

Sanctio poenalis.

derogationis, voluntatis, deputationis, ac posterioris impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pridie idus septembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die
16. septembris
1791
anno XVII.

DCCCLVI.

Committitur nuncio Poloniæ, ut approbet quamdam donationem cuidam parochiali ecclesiæ diœcesis Plocensis factam.

Venerabili fratri Ferdinando Mariæ archiepiscopo Carthaginensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustam Poloniæ regem illustrem Nostrum, et apostolicæ Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio præ-
cum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Plocensis, quod ipsi considerantes tenuitatem dotis parœciæ de suo jure patronatus in bonis capitularibus Trzepowo nuncupat. dictæ diœcesis sitæ; insuper animadvertentes, quod ex proximitate ædificiorum inquilinorum dictæ ecclesiæ periculum incendii ei imminet, propterea in capitalis generalibus de anno MDCCLXXXIII. et MDCCLXXXIV. respective habitis duo ediderunt decreta, quorum uno, in auctionem dotis ejusdem ecclesiæ seminarium certi agri, altero autem nonnullas areas cum hortis in supradictis bonis Trzepowo ad extruenda nova ædificia in loco remotiori pro avertendo dicto periculo ecclesiæ prædictæ dedit, donavit, et concessit, quod omne postmodum, anno nempe MDCCLXXXVIII. venerabilis etiam frater episcopus Plocensis ratum habuit, et approbavit libertati, et immunitati ecclesiasti-

cæ adscripsit, ac alias prout in decretis, ac instrumentis desuper confectis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, capitulum, et canonici prædicti, quo præmissa firmiter subsistant, et servantur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communitari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur capitulum, et canonicos prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ de cujus fide, prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de utilitate donationum hujusmodi, illas sub iisdem legibus, et conditionibus, quibus ab eodem capitulo factæ fuerunt, auctoritate Nostra apostolica approbes, atque confirmes, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint suppleas, et sanes.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti capituli etiam juramento, con-

Tenor concessio-
sionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum

firmatione apostolicas vel quavis firmitate alia roboratis. Statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentem non intendimus dictum jus patronatus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCCLVII.

Dat. die
16. septembris
1791
anno XVII.

Confirmatur transactio inter episcopum Imolensem, et communitatem Consilicensem super jure decimandi in ita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quoties a Nobis petitur, ut circa ea, quæ ad sedandas, compescendasque lites, ac controversias, præsertim vero inter pastorem, et dominicam sibi commissam gregem, quibus plerumque christiana charitas turbatur, apposite, ac mature consilio disposita fuisse noscuntur apostolicam Nostram auctoritatem interponamus, quo inde certius suum sortiantur effectum, omnino Nos decet potentium desideriis congruum imperitari suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Noster Gregorius Barnabas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Chiaravontis nuncupatus ex indulto, ac dispensatione

apostolica episcopus Imolensis, quod jamdiu inter episcopos Imoleenses prædecessores suos ex una, et homines, et communitatem Consilicis ex altera parte de ac super jure universali decimandi in agro Consilicensi episcopis Imolensibus ex jure tum spirituali, tum etiam fundario competenti plures, atque plures exarserunt lites, ac controversiæ, immo inter eundem Gregorium Barnabam cardinalem ex una, et memoratam communitatem ex altera parte nuperime lis de novo in foro instaurata, et in causarum palatii Nostri apostolici auditorio magno ipsorum litigantium incommodo, ac dispendio exagitata est, et licet memoratus Gregorius Barnabas cardinalis in eodem auditorio ex sex præpositis dubiis quinque obtinuerit, et quoad sextum juxta modum in decisione expressum, nihilominus faciles aures transactionis conditionibus a Consilicensibus oblatis, quibus in ævum omnes lites, ac controversiæ dirimebantur, præbuit quæmobrem hinc inde adscitis causarum patronis, tandem inter litigantes fuit stipulata transactio tenoris, qui sequitur.

§. 3. Al Nome del signore Iddio.

Anno di nostra salute mille settecento novantuno, indizione Romana nona, in tempo del pontificato della santità di nostro signore papa Pio sexto pontefice ottimo massimo ec. questo giorno undecimo 11. mese di agosto.

Essendo che la venerabile mensa vescovile d' Imola abbia sempre dedotto a suo favore il gius universale di decimare tutti, e singoli li generi de' frutti, e prodotti, che di anno in anno si raccolgono nel territorio della terra di Conselice tanto in vigore di titolo spirituale, quanto per ragione di dominio fondiario, che ha sul territorio medesimo, ed avendo all'incontro in diversi tempi preteso la comunità, e possidenti di detto luogo l'esenzione dalla prestazione della decima, ora rapporto ad un genere de' frutti; ora rapporto ad un' altro, dal che ne è derivato, che siansi eccitate molte liti, nell'esame delle quali secondo le rispettive questioni sia sempre stato riconosciuto, e canonizzato a favore della detta venerabile mensa il suddetto universale diritto di decimare conforme rifevasi diffusamente dalla transazione stipolata fra essi, e la venerabile mensa suddetta l'anno mille seicento venticinque per gli atti del Papotti notaro vescovile, e delle de-

Tenor transactio-
tionis.

Proemium.

Expositio præ-
cam.

cisioni della sagra Rota Romana in varii tempi emanate, alle quali transazione, e decisioni rispettivamente si abbia la condegna, e dovuta relazione.

Lites subortæ
inter mensam
et communita-
tem.

§. 4. Essendo altresì, che anche in questi ultimi tempi la riferita comunità, e possidenti abbiano promossa la pretensione d'impugnare lo stesso diritto universale della detta venerabile mensa con essersi a di loro istanza fatto presentare nel mese di giugno mille settecento ottantasei al signor promotore fiscale della curia vescovile d'Imola un monitorio avanti monsignore illustrissimo, e reverendissimo A. C. Riganti in cui dichiarandosi obbligati al pagamento della decima del grano, formentoni, uva, melega, lino, orzo, orzola, fava, fieno, robba da valle, e riso, chiedevano di essere mantenuti nell'asserto immemorabile possesso di non pagare la decima degli altri frutti, che chiamarono minori, e similmente nella libertà d'introdurre i loro bestiami ne' pascoli in qualunque tempo, come più diffusamente risulta dall'indicato monitorio, al quale ec. Agitatosi pertanto la causa avanti il nominato prelato palesò questi il suo sentimento in tutto, e per tutto favorevole alla stessa venerabile mensa, coll'essersi altresì tenuto da lui il termine del preservato, ed essere perciò la causa istessa in limine di spedizione. Allora fu, che per parte della comunità, e possidenti di Conselice si ebbe ricorso alla piena segnatura di giustizia, per far avocare la causa dal tribunale dell'A. C. all'altro della sagra Rota, e sebbene nella prima proposizione fosse rigettata la loro istanza, tutta volta nella seconda proposizione fu la causa rimessa alla detta sagra Rota ex integro, e con la rifazione delle spese giudiziali, ed estragudiziali. Quindi furono concordati, e rispettivamente proposti sei dubbj riguardanti i diversi generi de' frutti, su quali cadeva la controversia, e ne emanarono in gennaio, e febbrajo mille settecento novanta pei cinque dubbj in allora proposti ponente monsignor Resta altrettante favorevoli decisioni alla suddetta mensa; la prima delle quali « Quoad canabem » emanò contradicente parte, e le altre contumaciali a riserva del sesto dubio riguardante l'erbe de' pascoli, e concepito nei seguenti termini « An, et quomodo competat mensæ jus percipiendi decimas, ex pastiscuis in pratis, aliisque terris de-

stinatis ad producendum fœnum, »
« seu potius competat Consilicensibus »
« omnimoda libertas pascendi quolibet »
§. 9. Novo etiam regii consilii conatus archiepiscopus Tolosanus intercessit, quo parochum diocesis Viennensis ad parochiam quamdam administrandam vocaverat contra sui archiepiscopi voluntatem (3). Obstitit igitur, luculenterque declaravit, ex hisce laicæ potestatis conatibus acerbiora mala proficisci, inductis absque missione ministris, et absque jurisdictione pastoribus; proinde parochos intrusos facturos esse actas irritos, et quæcumque in manera obirent, non nisi totidem profanationes futuras (4).

Idem ut supra

§. 10. Partem quoque habuit Tolosanus in eo commentario, quod comitiorum nomine exhibitum est regi circa protestantes (5), qui cæperant publicis muneribus fungi adversus leges, ac regis declarationes non sine maximo religionis, et reipublicæ detrimento. Per plures enim dioceses altaria videbantur extolli adversus altaria, et pestilentiae cathedra adversus cathedram veritatis (6). Si lex (commentarii verba ad regem sunt), quæ edictum Nannetense rescidit, si tua anni 1724. declaratio vigisset, jam per Gallias Calviniani existerent nulli (7): fanestam esse eorum hominum tolerantiam, qui cum se catholicos dicant, sub tali clypeo latitare se posse, Ecclesiæque exprobrationem vitare existimant (8): per humanitatis, et benevolentiae speciem diffundi ab iis rebellionis, et anarchiæ semina (9): ipsos Gallicæ nationi innotos mores, et ipsas, quas tolerantiae auctores prætexunt, falsitates, satis aperte arguere, quam longissime ea distet a veto politiciæ, et religionis bono (10):

(1) Séance XL. pag. 124, et 125. §. Nous et seqq., et pag. 127, et 128., ubi legitur = *Memorie au Roi.*

(2) Séance CLV. pag. 196, et seq. §. Nous cum seqq.

(3) *Consuli possunt acta cleri doc. cit. pag. 199.* §. *Tel est §. L'histoire, pag. 202.* §. *Une multitude.* §. *C'est, usque ad pag. 210.* §. *Les droits, et rursus a pag. 212.* §. *S'il n'est et seqq. usque ad pag. 219.* §. *C'est.*

(4) Pag. 198. §. *La matiere, et pag. 219. 220.* Séance CIX. pag. 234. §. *Cette.*

(5) Séance CXIX. pag. 310. §. *Vous êtes, et seq.*

(6) Séance CXX. pag. 312. §. *Nous, et seq.*

(7) Séance CXXIII. pag. 319. §. *Monsieur.*

(8) Séance CXXIV. pag. 321., et 322. §. *Messieurs.*

(9) Pag. 324. §. *Nous n'avons.*

(10) Pag. 326. §. *C'est.*

(1) Séance CXXXV. pag. 352. *Lettre du Roi.*

(2) Séance CXXXV. pag. 322. et *Monsieur.*

(3) Séance CXVII. pag. 298. §. *seqq. §. Le sieur Joseph, et seqq.*

(4) Pag. 300. §. *L'exécution.*

(5) Séance CLIII. pag. 481., et seq. *Memoire au roi etc.*

(6) *Loc. cit. pag. 482. §. Oui.*

(7) Pag. 483. §. *Pour remédier.*

(8) *Cit. pag. 483. §. Mais.*

(9) *Cit. pag. 483 et 484. §. Votre.*

(10) Pag. 484. §. *Nous.*

hanc infelicem ætatem irreligiosis abundare hominibus, quibus nil prius est, quam sanctum ministerium deprimere, et prorsus evertere (1).

Idem ut supra

§. 11. Probe tandem archiepiscopus Tolosanus agnoscent, irritas esse episcoporum Ultrajectensium electiones, illicitasque, ac sacrilegas consecrationes eorundem (2), auctor fuit, ut unanimi comitiarum suffragio condemnarentur acta synodi Ultrajectensis jam a sancta Sede damnata, in qua synodo canonici, et parochi se gesserant ut episcopis pares, et instar episcoporum tamquam fidei iudices (3). Hanc enim condemnationem aiebat perpetuam testem futuram de Galliarum episcoporum obsequio ac studio erga apostolicam Sedem, deque eorundem indignatione adversus opus schismaticæ ecclesiæ, quæ ad catholicam Ecclesiam se spectare contendit, absque eo quod ipsius decretis obtemperet, seque cum Petri cathedra communionem putat servare, dum omnia unitatis, et ecclesiasticæ hierarchiæ vincula dissolvit, ac abruptit (4).

Idem ut supra

§. 12. Haud dissimiles fuerunt Lomenii sensus in comitiis generalibus cleri anni 1770, ubi de quo contra prævios libros sermonem instituit (5), et ubi rursus oppugnandos suscepit parlamentorum conatus, non modo jus sibi arrogantium concedendæ ecclesiasticæ facultatis, ut illis institutionem canonicam conferrent, quibus fuerat a legitimis pastoribus antea denegata (6), sed etiam in causis solemnium votorum immiscere se audentiam (7). Nec minus acriter adversus ordinationem in-
vectus est: ab episcopo Bethlemensi factam in diocesi Antissiodotensi absque

proprii, ac legitimi episcopi venia (1); et cum esset denique aliis collegis adjunctus, novam super incredulitate lubricationem per Gallias edendam curavit (2).

§. 13. Laudabiles demum ipsius sensus fuerunt in comitiis anni 1712, ubi comitiarum ipsorum nomine orationem habuit ad regem, in qua demonstravit, quanta cura esse debeat clero ea bona conservare, ad se ipsam alebendum ac sustentandum consecrata, ut possit indigentia quoque populorum occurrere (3); regemque præmonitum voluit de consilio, quod militia quædam spectabilis quidem, sed extranea ab ecclesia (4) suscipere nunquam attemptasset jure quodam suo ista bona occupandi (5). Commemoravit quoque regi, in ejus ditone religionis robar; ac nervos imminui, et ex ejusdem debilitate parlatim, ac sensim corruptionem morum, opinionum pravitatem, omniumque imperii vinculorum relaxationem induci (6). His autem præ-jactis petiit, ut regia auctoritate muniretur religio; religionem enim aiebat esse firmissimum imperiorum fundamentum, et arctissimum veluti nexum, quo populi obedientes suo principi colligantur (7).

Idem ut supra

§. 14. Ab hac egregia sentiendi semita divertere cæpit Lomenius, ubi regia favente aula ad Sedem archiepiscopalem Senonensem translatus honores sæculi adjunxit ad ecclesiæ dignitates. Vix enim ipse accitus fuit a rege ad primarii ministri manus obeundum, licet a Nobis fuisset admonitus, ut a conatibus heterodoxorum caveret (8), factum tamen est paulo post, ut Nannetense edictum de heterodoxis tolerandis redintegraretur; edictum plane exitiosum, ac pestilens, ex quo præcipue ea damna manarunt, quæ nunc religionem, et regnum dilacerant, ac

Quomodo ab egregia sentiendi semita divertere cæpisset exponitur.

(1) Pag. 485. §. *Le clergé.*

(2) *Séance CCXXIII. du 25 juin 1766. pag. 857. §. Ce fut.*

(3) Pag. 860. *La troisième, et seq.*

(4) *Cit. pag. 860., et 861. §. A peine.*

(5) *Procès verbal de l'assemblée générale du clergé de France de l'année 1770. séance XL. pag. 112., et seqq. §. Toutes cum seqq.*

(6) *Cit. procès verbal Séance LXXV. pag. 145., et seqq. §. Trois cum seqq., et Séance CXX. pag. 225. §. Monseigneur l'archevêque de Toulouse.*

(7) *Séance CLXVIII. pag. 623. §. Nous.*

(1) *Séance CLXIII. pag. 593. §. Monseigneur.*

(2) *Séance CXLVII. pag. 483., et seqq. §. Nous cum seqq.*

(3) *Procès verbal de l'année 1772 séance V. pag. 34. §. Lorsque.*

(4) *Scilicet parlementa-*

(5) *Loc. cit. pag. 35. §. Mais si.*

(6) *Cit. pag. 35. §. Il est.*

(7) *Cit. pag. 35. §. Nous, et seqq.*

(8) *Literæ in forma Brevis die 14 julii 1787.*

evertunt; merito propterea per apostolicam Sedem a suo usque initio reprobatum (1), quodque proprio testimonio Lomenius ipse, et universus Galliarum clerus erat detestatus (2). Nos illico expostulationes ea de re Nostras deferendas curavimus per venerabilem fratrem Antonium archiepiscopum Rhodiensem nuncium Nostrum, idemque præstiterunt religiosi per Gallias episcopi (3). Sed et Nostræ, et illorum quærelæ in irritum ceciderunt (4).

Damna ab eo illata religioni, et regno.

§. 15. Præterea idem Lomenius occulte viam sibi communivit ad alia peragenda, quæ postea detecta, et eo, quo ipse spectabat, perducta, immensum religioni, et regno detrimentum intulerunt. Sperabat fortasse consecuturum inde hominum de se plausus: at divino plane consilio plerumque fieri solet, ut vanæ, ac fallaces politiciæ humanæ spes concidant: præconiõrum enim colligendorum loco incidit ipse in accusationes, obtreccationesque publicas, et in omniõrum odia, ita ut rex ipse illum ab se fuerit coactus dimittere.

Abdicatio munerum inmerito susceptorum.

§. 16. Tunc Lomenius consilium cepit id sua sponte abiiciendi, quod diutius retinere se non posse agnoscebat, adeoque apud regem ipsum suo, quo fungebatur, munere sese abdicavit. Sed nomen suum dedecori, suumque caput periculis objecturum se ratus, nisi illi, quo exutus esset ministerio, alia dignitas sufficeretur, enixis precibus apud regem suorum consiliorum ignarum iustitit, ut cardinalitiam a Nobis sibi dignitatem impetraret.

Dignitas cardinalatus exquisita in correptionem emissa renunciationis.

§. 17. Sagax quidem et callida fuit illius abdicatio, ac æque provida fuga, quia se ab urbe Lutetia, et a Galliarum regno proripuit, in tuto expectaturus,

donec regis opera cardinalatus honorem consequeretur. Difficile profecto dictum est, quo studio rex christianissimus iterum iterumque flagitarit a Nobis cardinalitiam pro illo dignitatem, a qua tribuenda eramus certe animo alieno. Sed repetitis tandem expugnati precibus filii ecclesiæ primogeniti, cujus meritorum habendam semper duximus rationem, et ea spe freti, ut archiepiscopus Senonensis Nostra manu ab impendentibus æromnis ereptus cum esset, tum delati officii munere, tum grati animi causa se ad pristinos suos sensus revocaret, eundem in consistorio diei 15 decembris 1788. in vestrum collegium cooptavimus. Novus spei Nostræ cumulus accessit, ubi Lomenium in urbe Niciensi certiore factum de dignitate cardinalitia sibi collata exhibuisse Nobis agnovimus locupletissimas de obedientia, deque studio in Nos suo significationes, affirmantem per literas, se Nobis, et conjunctissimum, et obsequentissimum esse, seque magno, et constanti ardore flagrare religionem, et apostolicam Sedem tuendi, sibi in votis maxime esse, ut opportunitates habere posset, quibus ostenderet, hosce grati animi sui sensus, et germanos esse, et plurima cum observantia conjunctos. (1)

§. 18. At a spe Nostra omni, in quam non sine ratione induci videbatur, cito decidimus, simulque egregiæ illæ declarationes in irritum abierunt. Vix enim cardinalis exul, atque extorris a solo patrio inchoatam, crescentemque vidit Gallicani conventus opera illam rerum conversionem, quam nobiscum ignorabant omnes per eum ipsum ministerii sui tempore designatam et patratam fuisse, nulla mora interposita se contulit ad ecclesiam suam cathedralem Senonensem, ibique mense martio anni 1790. veritus minime est sermonem coram omnibus habere, et novam rerum immutationem plurima laude cumulare eo usque, ut eidem condendæ se aliis incitamento fuisse gloriatus sit (2), violatis uno eodemque tempore, atque pessumdatis sacramentis fidelitatis, pluries per eum præstitis Ecclesiæ, et apostolicæ

Patratam facinora memoratur post susceptum Senonensis ecclesiæ gubernium.

(1) *Constit. Clementis VIII. die 20 augusti 1599, quæ incip. = Dives in misericordia = in Bullar. Rom. Mainardi num. 202. tom. V. part. II. pag. 255, et seqq., et Spondanus in continuat. annal. card. Baron. ann. 1599. §. 10.*

(2) *Cit. proces verbal de l'année 1765. séance CLIII. pag. 481. et seqq. in = Memoire au roi concernant les entreprises des religionnaires, et præsertim §. Pour remedier pag. 483.*

(3) *Parisiensis nempe, Bellovacensis, aliique.*

(4) *Literæ apostolici nuncii diei 13. octobris 1788.*

(1) *Literæ diei 21. decembris 1788.*

(2) *Literæ nuncii diei 7 februarii*

Sedi, ac etiam regi erga ipsum beneficentissimo (1).

Idem ut supra

§. 19. Haud ita certe locutus est, cum die 25. novembris 1790. tanquam archiepiscopus, et cardinalis alias suas ad Nos daret literas, quibus hoc vinculo Romanæ Sedi, successori divi Petri, ac Nobis singillatim devinctissimum se esse, fecte certe ac subdole, profitebatur (6). Præterito enim per silentium sermone abs se habito post reditum ad suam ecclesiam, non dissimulavit, per civilem cleri constitutionem ad schisma, et ad presbyterianismum aditum patefieri (3).

Idem ut supra

§. 20. Transgressus subinde est ad graphice describenda hæc acerbissima ecclesiæ Gallicanæ tempora (4), declarans aperte, patriam religionem a regno exulare: si qualis erat (inquirebat ille) apud proavos religio, staret adhuc, atque floreret, sperari posset At quantum in pæjus mutata rerum vires (5); nec est veritas eorum, qui in Galliis degunt, conditionem, cum illorum conditione comparare, qui apud infideles commorantur (5). Descripsit quoque violentiam altarum ministris illatam (7), non eo quidem animo tantis excidiis obicem opponendi, veluti archiepiscopum, et cardinalem decessisset, sed animo tegendi consilium abs se susceptum de tempore caute serviendo (8): consilium profecto nunquam apud patres receptum, sed antea ab ipso Lomenio, et a Galliarum clero nota prævaricationis iniustum (9).

Temeritas adhibita in componendo evangelio cum nova constitutione.

§. 21. Hinc componere se posse ratus evangelium cum nova constitutione, veritatem scilicet cum mendacio, sperari minime oportere affirmabat certam quandam moderationis, ut ita dicam, œconomiam, ne major in clerum calamitas derivetur. Quandoquidem conventus hic nationalis ad exi-

tum perduci decreta sua, quæcumque accidant, omnino volet, et nihil, opinor, intentatum relinquet (1); adeoque asserebat indulgentia prorsus utendum, cum deteriora timeri mala, expectarique possent a constitutionis auctoribus, quos interim ipse compellere non dubitavit evangelii perduelles. Audite, VV. FF. ipsius audite maximi momenti declarationem. » Hac nostra tempestate, ac lucuosa ecclesiæ Gallicanæ conditione, » id officium negligi posse non crediderim, quia evangelii perduelles in religionem insolent audacius, quin concutiatur piorum fides, quin catholicum dogma (non periculum quantumcumque est, dolens indigitabo) quin catholicum dogma in schisma fortasse, » ac presbyterianismum feratur præceps (2).

§. 22. Improbum hinc patefecit Nobis consilium, illa nempe exequendi capita constitutionis nationalis, quæ decernunt novam divisionem, suppressionemque diocesinum, electionemque a populo faciendam parochiarum, suffragantibus etiam iudæis, mahometanis, calvinistis, ac cunctis que proscripæ sectæ hominibus in multis diocesibus numero longe prævalentibus (3): ac interim in ancipiti reliquit, quo se modo gereret super nova seminacionum disciplina, et super iis decretis, quæ episcoporum imminerant potestatem (4). Declaravit tamen se nunquam executurum decreta, quæ ad suum spectant cum apostolica hac Sede vinculum; Nos enim ita est temeritate verbis allocutus: Quisquis tandem rerum erit exitus, profecto ita de me sentiat Sanctitas vestra nulla unquam ratione, nullo metu ab eo erga se ipsam fidissimo amore divellendum (5).

Improbitas in pateficiendo eius animo ipsi apostolica Sedi.

§. 23. At novam adiungens machinationem significavit, se non posse Nostram responsionem expectare, sequentibus verbis. Si protrahere fas fuisset, sanctissime pater, quidquid apud Nos actu opus est, usque dum a. s. Sede responsum esset, id sane beatissimum duxissem, sed quam isto loco res non se habeat. Nam promulgatis de futura

Calliditas in agendo non expectato sanctæ sedis oraculo.

(1) Gallia christiana tom. XIII. pag. 73. et seqq.

(2) §. Et quidem.

(3) §. Non anteire.

(4) §. Perfunctus.

(5) §. Quid primum.

(6) Cit. §. Non anteire.

(7) §. Quod si, et §. Quid primum.

(8) Standum est igitur, et difficile timo huic tempore caute servendum §. Quia aget.

(9) Actes de l'assemblée du clergé sur la religion part. II. §. L'abus in proces verbal an. 1765. pag. 206, et 207.

(1) §. Quid si.

(2) Cit. §. Non anteire.

(3) Cit. §. Non anteire, §. Hæc autem, et §. Silere.

(4) §. Prætermiserim.

(5) Cit. §. Prætermiserim.

cleri conditione Gallicorum comitiorum decretis urgemur acerrime (1).

Monita ad episcopos contra pravas Lomenii doctrinas.

§. 24. Itaque videntes Lomenium responsionem Nostram minime expectaturum, deliberavimus opus non intercipere super singulis civilis cleri constitutionis articulis, ab episcopis Gallicarum expetitur, quod cum fuisset absolutum, etiam cum Lomenio esse commune potuisset. Sed Lomenius nova ad Nos epistola (2) retulit ea, quæ inter superiorum literarum intervallum ipse peregerat; nec erubuit fateri, tempori fuisse servendum, postquam sedulo perpendisset causas omnium rerum, quas pro lege acerbissimi hujus temporis actu necessarias, atque ineluctabiles esse arbitrabatur (3), contemptoque exemplo omnium fere Gallicæ episcoporum, atque abjecta doctrina, quam prius intrepide asseruerat in conventibus cleri (4), novum presbyterium in ecclesia cathedrali constituere decrevit, regimen alienarum diocesium, quæ per decreta in suam transfusæ erant, sibi arrogavit, et pure ac simpliciter, et in tota contextus amplitudine sacramentum dixit a nationali conventu propositum, nec veritus est nonnullas exponere declarationes, videlicet: «Animadvertet vestra Sanctitas, non pro assensu animi habendum esse sacramentum hujusmodi, nec pertinere ad ea decreta, quæ summa vi elicita sunt, eoque meram exposcunt patientiam» (5). Possunt ne graviora crimina cum in rebus ab eo gestis, tum in ipsis ejusdem declarationibus componi?

Quomodo deliberato animo erraverit exponitur.

§. 25. Erravit ergo deliberato animo Lomenius serviendo tempori, schismaticque favendo, quod verbis evitare se velle effugebat. Noverat irritas esse novorum episcopatum erectiones (6), impias episcoporum a suis sedibus expulsionem ob solam recusationem emittendi civicum jusjurandum (7), sacrilegas novorum episcoporum consecra-

tiones, sibi que gloriandum esse videbatur ob rejectam institutionem parochi de Gomecourt, electi episcopi Versaliensis (1). Sed adhuc se dubium incertumque esse declaravit, si acrius urgeretur pro impetranda institutione, non obscure significans se, ne sacram purpuram injuriis obiiceret, tandem aliquando cessurum (2); etiamsi fateri coactus fuerit, sententiam suam a multis mollioris animi reputari (3).

§. 26. Dicitur vix potest quanta Lomenius hoc exemplo intulerit damna diocesi suæ, ut constat ex literis procuratoris communitatis Senonensis (4), quibus ita certior fit præses conventus Gallicani. Haud latere te omnino debere puto, dominica die cardinalem episcopum Senonensem sacramentum dixisse a lege perscriptum, et in hac civitate esse omnino neminem, qui novæ adversetur constitutioni.

Damna diocesi sua illata exponuntur.

§. 27. Exemplo voces adjunxit molliissimi animi sensus preferentes: nam adveniente quadragesimali tempore pastorem vulgavit epistolam (5), qua commentitiam quamdam caritatem præseferens, excusare conatus est prestitum a se jusjurandum, periade ac si minime illud suis ipsius sententiis adversassetur, quas in comitiis anni 1765 exposuerat; eoque etiam devenit, ut populos hortaretur ad amplectendam exequendamque constitutionem, quæ pro fundamento habebat libertatem cogitandi in rebus etiam religiosis, aliosque continebat perniciosos errores socialis contractus, quos ipse cardinalis ac clerus fuerat execratus (6).

Idem ut supra

§. 28. Tot tantasque pravitate ejus accessiones cum conspiceremus, planeque existimaremus peccatum publicum esse publice a Nobis corripiendum juxta apostoli præceptum (7), ut et pastor qui

Publica damnatio errorum a cardinali professorum.

(1) §. *Quod si.*
 (2) 31 januarii 1791.
 (3) §. *Persequi.*
 (4) §. *Fateor, et actes de l'assemblée etc. part. II. §. L'abus, in proces verbal an. 1765. pag. 297.*
 (5) §. *Perfacile.*
 (6) *Proces verbal de l'année 1765. seance CCXIII. pag. 857. 857. §. Ce fut, et pag. 861. §. Nous avons.*
 (7) *Cit. epist. §. Dum vero.*

(1) §. *Idem.*
 (2) §. *Sed enim.*
 (3) §. *Hanc vero.*
 (4) 1 februarii 1791.
 (5) *Die 16 februarii 1791.*
 (6) *Cit. proces verbal de l'année 1765. Séance XX. pag. 68. §. Ce sont, et pag. 69. §. Si vous, et proces verbal de l'année 1770. séance XL. pag. 112, et seqq. §. Toutes cum seqq.*
 (7) *S. Paulus ad Timoth. epist. 1. cap. 5. vers. 20., concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 8.*

peccavit, et grex qui in errorem inductus est, revocaretur in viam, nulla interjecta mora, non omisimus Nostras prescribere, et evulgare literas (1), quibus Lomenium admonebamus, quantum dedecus, atque injuriam cardinalitiae, et archiepiscopali dignitati importarit emittendo civicum sacramentum, illudque exequendo, neque dissimulavimus flagitiosas ab eo editas declarationes, aperteque etiam exposuimus illusoriam illam esse, quam asseruerat, necessitatem, ob quam tamen, etsi talis, qualem ipse assererat, existeret, nullo modo posset solutus esse a vinculis, quibus Deo, Ecclesiaeque obstringitur, imo paratum se omnino exhibere deberet ad quamcumque hujus saeculi ærumnam perferendam.

Idem ut supra

§. 29. Demum hortari non destitimus, ut civicum sacramentum ejuraret, comminantes canonicas pœnas, ad quas manus admovere cogeremur, illum cardinalitia etiam dignitate exuendo, nisi tempestiva satisfactione publicam offensionem reparasset. Eam clausimus epistolam hæc paterna obsecratione: "Te majorem in modum iterum" atque iterum hortamur, rogamus, ac "obtestamur, ut a recta nusquam defle-
" tens via sacris catholicæ ecclesiæ regulis constanter insistas, maximeque " episcopali pectore, prout debes, contendas, quantum in te est, ut omnis " obstruatur novitati, schismati, atque " errori aditus, utque hoc periculosissimo tempore duci te noice, regique " sinas a divino consilii, fortitudinis, fidei, ac patientiæ spiritu (2).

Pœna comminata nisi ad viam salutis reverteret.

§. 30. Præterea certiorum tum reddimus regem eorum, quæ a Lomenio in illis erant scripta literis, et adjunximus exemplam Nostræ illius responsionis; quod ea mente faciendum duximus, ut, qui regia commendatione cardinalatus dignitate fuerat decoratus, eundem sua rex ipse auctoritate ad officium, ac salutis viam reduceret; secus coactos fore Nos ad comminatas pœnas devenire (3).

Pœnas præoccupavit Lomenius cardinalatum dimittendo.

§. 31. Sed hæc omnia exitu, quem spectabamus, plane caruerunt. Nam Lomenius obfirmato quo erat animo suos non jam detestandi, sed propugnandi errores, suscipere non aliud consilium voluit, quam ipsum ultro car-

dinalatum dimittendi eo plane modo, quo antea primarii ministri munus abjecerat; cum se ipse nimirum in eum coniecisset statum, ut illo amplius se fungi non posse cognosceret.

§. 32. Hinc per epistolam die 26. mensis martii ad Nos ex urbe Senonensi datam, plenam commentis, et simulationibus, clare tamen expresseque dimittit ac renunciat Nobis cardinalitiam dignitatem. Ac eo se redactum fuisse scripsit, ut vel civili potestati deesse deberet, vel cardinalatum deponere; quo ipso, quantum in se est, plurimam non dubitavit conflare invidiam illi jurijurando, quo cardinales S. R. E. obstringuntur (1). At non jam hic agebatur de expositis ab ipso, confictisque dubitationis causis, sed quænam præferenda ipsi esset, Dei ne, an hominum auctoritas, religio ne, an apostasia; tanquam e collegio vestro egressus, minus apostata, ac refractarius esset, qui contemptis Dei, et Ecclesiæ legibus, sequi non expavescit, ac fovere constitutionis errores. Notum vero est, sacramentum a cardinalibus præstari solitum esse sacramento simillimum, quod ab omnibus præstatur catholici orbis episcopis, quodque adigens jurantem ad fidem sancte religioseque servandam Ecclesiæ et apostolicæ Sedi, et ad religionem tuendam, eum insimul patriæ, et legitimæ imperatiam auctoritati fidelio-rem reddit, cum nullum religione sit firmitus patriæ, et imperiorum columnam ac fundamentum (2).

Apostata tamen, et refractarius egressus est a sacro collegio.

§. 33. Simulavit etiam se injuria affectum esse, eo nimirum quod ex canonum instituto de publico errore publice fuisset admonitus (3), et eo quod reprehensus esset ob jurandum, non animo, ut ait, sed voce tantummodo præstitum (4), quod tamen jurandum iis emissum est ab ipso, tamque claris manifestisque verbis, quæ interpretatione nulla indigerent.

Simulationes ab eo adhibite in abdicatione dignitate.

§. 34. Simulavit quoque distinctionem inter obedientiam, et approbationem, perinde ac si sacramento promississet obedientiam, non autem ap-

Idem ut supra

(1) §. Quand votre, et §. Placé.

(2) Id cardinalis ipse confessus est in comitiis anni 1762 proces verbal etc. séance III. pag. 16. §. Le sujet, et seqq.

(3) §. J'ai prié, et §. Je devois.

(4) Cit. §. placé.

(1) Diei 23. februarii 1791.

(2) §. Ultimo.

(3) Literæ diei 10 martii 1791.

probationem præstitisset (1). Qua distinctione nil excogitari potest deterius; etenim ubi de religione agitur, in iis, quæ probari non possunt, obedire non licet (2); quoniam oportet obedire magis Deo, quam hominibus (3). Nec satis est corde solum credere ad justitiam, sed opus est, ut etiam ore confessio fiat ad salutem (4).

Idem ut supra

§. 35. Simulavit insuper nihil se in constitutione universa deprehendere, quod fidei adversaretur, quodque cum sua conscientia pugnaret (5), idque ea præsertim de causa effinxit, ut contradictionem evitaret inter jurisdictionis ecclesiasticæ principia ab se exposita in pluribus conventibus cleri Gallicani, et decreta constitutionis suo iurejurando recepta (6). Sed qua ratione id simulare potuerit, nemo intelliget, postquam idem Lomenius in literis ad Nos scriptis post ejus defectionem, superius commemoratis, fassus dilucide est ex constitutione schisma, atque presbyterianismum induci, ejusque auctores esse evangelii perduelles. Perlegat ipse Nostras literas missas ad Galliæ episcopos (7), et singulos deteget decretorum errores tam in fide, quam in recepta ab universali Ecclesia disciplina.

Idem ut supra

§. 36. Simulavit denique dilationem Nostræ responsionis ad suas priores literas in causa fuisse, cur ipse et sacramentum præstiterit, et plura decreta fuerit executus (8); quando idem Lomenius in suis prioribus literis Nobis significaverat, se responsionem Nostram nequaquam expectaturum.

Quæ hactenus a Nobis exposita sunt liquido constant ex tenore epistolæ abdicationis Lomenii, quam

vobis, VV. FF. modo Noster secretarius Brevium ad principes recitabit.

Recita (1):

§. 37. Quo vero firmiorem vim sua haberet abdicatio, non omisit Lomenius certiores facere regem per ejus administrum, quem rogavit, ut epistolam abdicacionis ad Nos mitteret (2), prout revera ab eo missa fuit, ita ut ambigi prorsus nequeat de fide hujus epistolæ, cujus characterem, ac signum, ut nulla cautio deesset, probandum rite curavimus coram dilecto filio Petro Nigrono protonotario, et consistorii secretario (3). Non omisit etiam Lomenius eandem abdicacionis epistolam per universum regnum typis evulgare, quo omnibus innotesceret, se cardinalitiam abdicasse dignitatem (4), ita ut cujusvis ordinis homines testes sint locupletissimi de ipsius efficaci certaque voluntate cardinalatum dimittendi, prout etiam fidem minime dubiam faciunt episcoporum literæ, et acta, quæ ubique circumferuntur.

Confirmatur abdicacionis veritas epistolio ipsius renunciantis.

§. 38. Vix ad Nos pervenit Lomenii epistola de sua cardinalatus abdicacione, potuissemus quidem sine ulla mora illam approbatione Nostra roborare; sed a mansuetudinis semita adhuc non recedere rati sumus, ut ad illum denno cohortatio Nostra pervenire posset, per quam ad saniores induceretur sensus, in iis scilicet literis, quas paulo post dedimus dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, et vv. fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis capitalis, clero, et populo Galliarum regni (5). At nunc, jam elapsis

Previcacia ab eo adhibita in negando quovis poenitentia indicio.

(1) Recitata statim Lomenii epistola fuit, quæ hic omittitur, cum jam publici juris facta sit typis Parisiensibus in libro, cui titulus= *Observations sur le Bref du pape a mons. le cardinal de Lomenie a Paris chez Froulle imprimeur libraire quai des Augustins 1791. in fine pag. 1. et seqq.*

(2) Cit. lib. *Observations sur le Bref du pape in fine pag. 5.*

(3) Instrumento diei 19 septembris 1791. per testes habentes notam manum, et signum Lomenii.

(4) Eodem lib. *Observations sur le Bref pag. 3.*

(5) Diei 13 aprilis, duodeviginti scilicet post ejus abdicacionem dies §. *Ad cardinalem de Lomenie.*

(1) Cit. §. place.
(2) Id. cognovit, propugnavitque Lomenius ipse= *Actes de l'assemblée etc. = part. II. §. L'abus, §. De droit, et §. Puisque in proces verbal an. 1765. pag. 206. 720. 210. 211., et 216.*

(3) Act. apost. cap. V. vers. 29.

(4) S. Paulus epist. ad Romanos cap. X. vers. 10.

(5) Cit. §. Place.

(6) Cit. mandement.

(7) Die 10 martii.

(8) Cit. §. Je devois.

mensibus sex, non solum nullum, tanto temporis intervallo, a Lomenio accepimus indicium pœnitentiæ de cardinalatus abdicatione, sed etiam per arrogantiam, et contemptum comminatæ privationis (1) illum in proposito perstare luculenter intelligimus.

Idem ut supra

§. 39. Itaque cum ambigendi non sit locus de perseverante Lomenii voluntate in cardinalatus dimissione, adeo perspicuis confirmata probationibus, ut omnibus sit clarior, certiorque renunciationibus, quas adhuc ratas habuit hæc apostolica Sedes, et probationes vincat a jure requisitas (2), diutius Nobis expectandum non esse censuimus, ut abdicationem hujusmodi in hoc Nostro consistorio admitteremus. Nova non sunt in ecclesiastica historia illorum exempla, qui dignitates suas dimiserunt, ut probrosam et inevitabilem damnationem prævenirent; imo ex sententia sanctorum patrum, conciliorum, et pontificum id in spiritu humilitatis, et cum detestatione erroris erat faciendum, ut nempe juxta monitum divi Chrysostomi (3) quis antevertat sententiam, dimissis honoribus, et omnibus jurisdictionalibus officiis, cruentæque conscientie suæ medelam afferat, et in humiliori statu salvetur, quam in alio splendenti periclitetur.

Cardinalatu dimisso retinuit archiepiscopatum, et alia proinde crimina patravit.

§. 40. Verum hic etiam considerandum est, quod Lomenius, cardinalatu dimisso, archiepiscopatum retinuit, et in ipsa cardinalatus dimissione errorem non ejuravit; hinc si cum lau-

de recipiantur renunciationes omnium ecclesiasticarum dignitatum ex spiritu pœnitentiæ, atque humilis animi impulsu emissæ, hæc Lomenii renunctio, quæ non omnes complectitur dignitates, quæque a debita erroris detestatione, et humilitatis spiritu longe recedit, accipiatur oportet loco pœnæ, privationisque dignitatis cardinalitiæ, quam ei jam indixeramus, nec minus salva sit suspensio ab exercitio ordinis, in quam certe incidit, cum monitus ipse (1), ut intra terminum quadraginta dierum civicum sacramentum retractaret, huic minime paruerit pontificio præcepto, salvæque etiam sint aliæ canonicæ pœnæ, quibus vel jam factus est, vel futurus erit obnoxius, si suscepto errori prævaricationis adhæserit. Antequam vero quidquam statuamus, sententias vestras de more exposcimus.

Quid vobis videtur?

§. 41. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostram admittimus cessionem et abdicationem cardinalatus a Carolo Stephano de Lomenie de Brienne in manibus Nostri factam postquam declaraveramus, eum dignitate hujusmodi privatum iri, nisi civicum sacramentum retractasset, una cum omnibus privilegiis, et insignibus ad dignitatem cardinalitiam quovis modo spectantibus, ita ut ipse Carolus Stephanus dimittebat deinceps nullo modo sit cardinalis, nec talis nominari possit, neque in ullis actibus ad cardinalatum pertinentibus, et præcipue in electione summi pontificis vocem activam, vel passivam habere, vel in illis se ingerere quoquo modo uti cardinalis valeat. Illum proinde ab hac die impostero absolvimus a vinculo sacramenti præstiti occasione cardinalatus, salvis pœnis, quibus se subjecit secundum canones, et constitutiones apostolicas ex quacumque causa, et præsertim ob transgressiones circa dicti juramenti observantiam hactenus commissas, et salva pœna suspensionis ab exercitio ordinis ab eo pariter incursa ob non impletum præceptum de præfato civico sacramento revocando intra quadraginta dies ad formam Nostrarum litem

Hinc admissa abdicatione, etiam alia pœnæ ecclesiasticæ infliguntur.

(1) *Id non dissimulat, qui pro Lomenio scripsit cit. lib. Observations sur le Bref du Pape pag. 24, et 25. §. Le pape; et evincunt gallici auctores, dum ea omnia, quæ pro Lomenio scripta sunt: plene confutarunt suis lucubrationibus, scilicet = Lettre de l'abbé de Royou a monseigneur de Lomenie decardinalisé moitié de gré, moitié de force, mais toujours archevêque de Sens malgré lui, malgré la constitution, et Lettre de M. Henri Alexandre Audainet comte d'Antraigues a Etienne-Charles de Lomenie archeveque de Sens = data Aureliani die 10 maii 1791., et typis edita in eadem civitate = Journal ecclésiastique juin 1791 = pag. 194. usque ad pag. 232.*

(2) *Cap. in præsentia 6 de renunctiat.*

(3) *De sacerdotio lib. III. cap. 10. tom. I. oper. edit. Paris Maurin. pag. 588.*

(1) *Cit. literis diei 13 aprilis §. Videntes itaque.*

rarum diei 13. elapsis mensis aprilis, et salvis aliis omnibus gravioribus penis canonicis declarandis in casu ulterioris pertinaciæ.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Subrogatio novi cardinalis in locum dimissi.

§. 42. Locum collegii vestri, qui admissa nuper renunciatione Caroli Stephani de Lomenie vacat, inhærendo exemplis Nostrorum prædecessorum Clementis XI. (1), et Benedicti XIV. (2) absque ulla cunctatione implere volumus, idèoque ad majorem omnipotentis Dei gloriam, et S. R. E. præsidium et decus creare intendimus in presbyterum cardinalem egregium virum, quem justis de causis in pectore reservamus arbitrio Nostro quancumque evulgandum.

Quid vobis videtur?

Creatio.

§. 43. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra creamus presbyterum S. R. E. cardinalem arbitrio Nostro quancumque declarandum, cum derogationibus et clausulis necessariis et opportunis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

(1) Acta consistorii diei 7 junii 1706.

(2) Acta consistorii diei 18. decembris 1754.

DCCCLIX.

Dat. die
30. septembris
1791
anno XVII.

Instante serenissimo principe Brasiliæ magno priore prioratus de Crato hospitalis s. Joannis Hierosolymitani applicantur bona cujusdam hæreditatis seminario in loco Sernache do Bom Jardim intra fines loci prioratus erecto.

Venerabili fratri Antonio Cajetano archiepiscopo Lacedemoniensi, ac in diocesi Lisbonensi suffraganeo legitime deputato.

Pius Papa VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **E**xpediit quammaxime animarum Christifidelium salutem, ut qui in sortem Domini sunt vocati, qui cæteris verbo, et exemplo in viam salutis præire tenentur, a teneris annis ad pietatem, et religionem efformentur, ac ecclesiasticis studiis instituantur, ut hisce instructi disciplinis, dum in Ecclesiæ munera assumuntur, nemini dent offensionem, sed exhibeant semetipsos sicut ministros Dei recte tractantes verbum veritatis: quomobrem in ecclesiasticorum seminariorum utilitatem, atque incrementum apostolicæ Nostræ providentiæ partes, quoad integrum Nobis fuit, collocare nunquam destitimus prout in Domino salubriter expedire arbitrati sumus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Joannes, Maria, Joseph regius princeps Brasiliæ, ac magnus prior prioratus de Crato hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, quod ipse piæ institutioni, ac rectæ illorum educationi, qui intra fines dicti prioratus de Crato divino cultui proprius se mancipare desiderant, prospicere volens, novum ecclesiasticum seminarium in loco Sernache do Bom Jardim sui prioratus prædicti propriis sumptibus e fundamentis erexit, illiusque regimen, et administrationem dilectis filiis presbyteris sæcularibus congregationis Missionis sub jurisdictione tamen sui vicarii generalis commisit; quodque alias quondam Petrus Vaz Caldeira, instituta ex asse hærede cappella Domini Nostri Jesu Christi Calvariæ ab ipso in loco, seu oppido da Ameira intra limites ejusdem prioratus erecta, testamento die

Expositio præcedentium a regio principe Brasiliæ.

xxii. maii MDCCXXVIII. resignato expresse cavit, ut, celebrato quotidie sacro in expiationem, ac suffragium animæ suæ, et ejus uxoris, suppeditatisque præterea tum oleo pro lampade ejusdem cappellæ necessario, tum reis sex mille monetæ Portugalliæ, seu scutis sex monetæ Romanæ quotannis titulo elemosynæ, ut concio de passione Domini Nostri Jesu Christi tempore quadragesimæ haberetur, quod reliquum erat ex fructibus sui integri patrimonii, detracta illorum duodecima parte pro stipendio administratoris suæ hæreditatis hujusmodi, in tot dotes valoris reis decem mille ejusdem monetæ Portugallensis, seu scutorum decem monetæ Romanæ pro puellis orphanis in sæculum nubentibus. Cum autem sicut eadem expositio subjugebat pluribus ab hinc annis fructus, ac redditus dictæ hæreditatis sequestro positi sint, atque ab eo tempore legis oneribus minime fuerit satisfactum, hinc ex hisce depositis fructibus, ac redditibus conflata est summa usque ad mensem junii mox præteriti sex centucentorum sexagintamille octingentorum septuaginta sex reis dictæ monetæ Portugallensis, seu scutorum sex mille, et ducentorum sexaginta, et obul: octoginta septem cum dimidio circiter monetæ Romanæ, quorum summa duorum centucentorum triginta unius mille ducentorum reis prædictorum, seu scutorum duorum mille quatuorcentum triginta unius, et obul: viginti circiter monetæ Romanæ jam in quincuncii fenore posita est: quo itaque ejusdem seminarii fabricæ consulatur ac congruis ditetur redditibus memoratus Joannes, Maria, Joseph regius Brasiliæ princeps per Nos prævia condonatione, ac remissione priorum legatorum onerum hujusmodi, quæ hucusque adimpleta minime fuerunt, ac prævia pariter commutatione testamentariæ dispositionis dicti Petri pro eo, quod spectat ad constitutam annuam elemosynam pro concione de passione Domini nostri Jesu Christi tempore quadragesimæ habenda, et ad volitam dotium distributionem, eidem seminario non solum depositam tum sequestrariam, tum feneratoriam summam prædictam, sed etiam quoscumque alios redditus, ac proventus eidem cappellæ pertinentes in perpetuum applicari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra in-

dulgere de benignitate apostolica diguamur.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Joannis, Mariæ, Josephi principis, et magui prioris votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, omnesque, et singulas personas, quarum favore præsentis Nostræ literæ concernent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac dicti Petri Vaz Caldeira testamentariæ dispositionis prædictæ tenorem, et alia quæcumque etiam specificam mentionem, et expressionem requirentia præsentibus proplere, et sufficienter expressis, ac specificatis habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, fide, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentis committimus, ac mandamus, ut omnia omnino onera ex fructibus dictæ hæreditatis Petri Vaz Caldeira adimplenda, et quibus usque adhuc minime fuit, ut præfertur, satisfactum auctoritate Nostra apostolica condones, ac remittas, prout tenore præsentium remittimus, ac condonamus: deinde non solum omnem summam prædictam, scutorum sex mille, et ducentorum sexaginta, et obul: octoginta septem cum dimidio monetæ Romanæ, quæ ex sequestratis fructibus, ac redditibus dictæ hæreditatis Petri Vaz Caldeira usque ad mox transactum mensem junii, ut præfertur, conflata, vel sit interim in foenus data, vel adhuc in depositum sequestrarium remaneat, sed etiam quoscumque alios fructus, ac redditus ad eandem cappellam Domini Nostri Jesu Christi Calvariæ in loco, seu oppido da Amieira, ut præfertur, erectam spectantes dicto seminario ecclesiastico auctoritate apostolica unias, et applices, atque unia, et applicata esse, et fore decernas, ac statuas, prout tenore præsentium unimus, atque applicamus.

§. 4. Volumus tamen, ut administratores pro tempore existentes dicti seminarii, omnia onera, quibus fructus, ac redditus hujusmodi gravantur, præter onus solvendi quotannis sex mille reis, seu senta sex monetæ Romanæ in elemosynam pro concione de passione Domini Nostri Jesu Chri-

Tenor concessions,

Conditio adjuncta.

sti, et distributionem dotium deinceps omnino adimplere curent, et studeant. Nos enim tibi omnem, et quancumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia ad optatum finem perducenda faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quæ constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris, facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas, etiam ex eo, quod administratores dictæ cappellæ, cæterique quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in eisdem præmissis solemnitates, ac quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis alio prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabilis, et privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impuguari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato quernquam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolice auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Se-

dis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus memorati Petri ultima voluntate, quam quoad præmissa commutamus, de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cappellæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo primo, pontificatus Nostræ anno decimo septimo.

Derogatio consuetudinum.

Clausula salutaris, et irritans.